P
au-
lis=
mann

ORATIO
LATINA, ET GALLICA
A
CASPARO LAUDISMANNO AURIMONTANO SILESIO
J.C. CONSILIARIO AULICO BREGENSI, 7. Januarij Anno 1617. in illustri Gymnasio Academico BREGENSI, coram AUGUSTISSIMO DUCE BREGENSI, & Nobilissimis CELS: eiusdem *CONSILIARIIS* aulicis, in frequentissimo Auditorio habita.

QUA

VERUS MODUS DOCENDI,

ET BREUI TEMPORE ADDISCENDI Linguam Gallicam uariis Exemplis est declaratus.

CUI

ADMONITIO ad benignum Lectorem pro authoritate Consilij de Exoticis Linguis accessit.

Impressa
In illustri BREGA, Typis Sigfridianis. Anno
1617.

INSIGNIA FAMILIÆ LAUDISMANNORUM.



VIRTUS dona parat; TEMPUS virtutis amica:
Vis bona virtutis noscere? Tempus ama.

M Paul. Crusi. Mol: F.

VIVA EFFIGIES CASPARIS LAVDISMANNI GOLDBERGENSIS SILÆSII IC.
Olim Consiliarij Aulici Montisbelgardici.



Ore places, vultuq; places, Vir iure perite:
Est equidem **LAVDIS** *pars ea magna tuæ.*
Maior at est, Sacris quod sis virtutibus auctus:
Maxima, quod Themidos, quod Sophiæ Arte nites.

Paul. Crusi. Molendin.

Iacob. ab heyden fecit.

AMPLISSIMIS, SPE-
CTATISSIMIS, PRVDENTISSIMIS-
QUE CONSULIB. & SENATORIB. præclaræ
Ciuitatis LIGNICENSIS, DOMINIS
ſuis obnixè colendis, honoris ergò dedicat ORA-
TIONEM LATINO GALLICAM, de vero Mo-
do docendi, & diſcendi Linguam Gallicam, ab
eo in Illuſtri BREGA, coram Auguſtiſsimo
DVCE BREGENSI habitam, CASPARVS
LAVDISMANNVS, Aurimontanus Sil.
J. C. antehac RVDOLPHI II. Romano-
rum Imperatoris Auguſtiſsimi COMMISSARI-
VS, nunc Celſiſſimi DVCIS BREGENSIS
Conſiliarius Aulicus, uariorum librorum
editione Reipub: literariæ fructificans,
& per id LAVDIS nomen æter-
nitati litare deſiderans.

RECTOR ET COLLEGIUM PROFESSORUM Illuſtris Gymnaſii BREGENSIS.

Dignum LAUDE VIRUM Muſa vetat mori.

HIS verbis cedro dignis veriſſima Venuſini Apollinis cortina immortalitatem nominis promittit omnibus, qui non ambitûs ſordibus honores humiliter eblandiuntur, ſed Virtutis, repulſarum neſciæ, ſuffragio meritiſſimo jure eos merentur & ambiunt. Sed ſi Oraculi, ab afflatu & ſpiritu altiore inſpiratã penitiùs introſpexerimus mentem, pluſculum quippiam in receſſu, quàm fronte primâ pollicetur, habere, quaſiq; indice *certum aliquem Virum*, præ ceteris *laude dignum* indigitare liquidò patet. Auſimus nos confidenter dicere, Horatium verſu iſto præter alios laudis adoreâ digniſſimos Viros, in primis & planê ſingulariter LAUDISMANUM noſtrum, quâvis laude maiorem Virum, non ſine ſingulari alicuius ominis, qvod in nomine hoc latere nemo non animadvertit, inſtinctu inſigniiſſe. Hunc igitur

 Virum

Virum Laudis, postqvam exemplo summorũ hominum, Solonis, Platonis, Pythagoræ & id genus sexcentorum apud exteros hactenùs veram & perpetuam & solidam sibi laudem paravit, literataq; virtute penes illustres inclaruit, & postquam ejus nomen ad omnes angulos mundi ob monumenta literaria pervenit, dum *egregia scripta* & *Consilia* edit & publicat, & sibi perpetuum nomẽ penes posteritatem acquirit: hunc inquam, Virum, dum Silesia reducem ex peregrinatione tam terrestri, Germanicâ, Gallicâ, Italicâ, Hũgaricâ, Turcicâ, Bohemica, Polonicâ, Burgundicâ, Frislandicâ: qvàm maritimâ, Hollandicâ, Selandicâ, Anglicâ & Danicâ, bellis nec non procellis maris varia expertũ, post *quadraginta* demum *annorum* spacium gremio suo recepit, & nunc complexu suo suauiter tenet: incertum est, utrum Patriæ potius de tantâ felicitate gratulandum, an verò Politico & Peregrinatori isti Germano, literato atq; literatissimo ob istud in patriam beneficium gratiæ sint agendæ. Grates certé incredibiles debentur *Laudismano*, quòd natalis soli dulcedine allectus, velut *duplex aliquis Vlysses* patriam sedem tanto sit dignatus amore: ut eam

exteris

exteris terris præferret, licet Reges & Principes illum inibi in deliciis habuerint, Proceres in ore & oculis tulerint, omnes meritò præ ceteris respexerint & honorarint, tanquam *ſenem jam & ſexagenarium:* Academiæ Germanicæ Clariſsimum, Gallicæ Ornatiſsimum, Doctores viri eminentiſsimum publicis ſcriptis appellarint: Galli, Itali & Angli adhuc venerentur; isq́; hactenus ad illuſtrium officia, quibus dignitates annexæ fuerunt, ſit reſcriptus; & cui plus eſt animæ, cordis & exaſciatæ ſapientiæ in uno digiti articulo: quàm eſt in jejuni & inexperti cuiusdam Irriſoris toto corpore. Nec minus tamen & Patriæ gratulandum, quòd adhuc ſemel videat iſtum Virum & ſingulari cum utilitate ſua tandem receperit L A U D I S M A N U M *tanquam Theſaurum incomparabilem,* qvi ſpacio 30 annorum ad habitas æſtivo tempore ſingulis annis in exteris regnis & provinciis peregrinationes 3000 fl magnis laboribus & officiis acqviſita impendit, & principaliora in *Cæſareis & Regiis* Aulis, in *Electorum & Principum* totius Germaniæ Curiis, uti & *exterorum Regum* Parlamentis, in *Academiis,* in Civitatum primariarum Romani Imperii Curiis, *templis, monaſteriis,*

riis, in converſatione item illuſtrium virorum *varia eloqvia* delegit, ſtudio notavit, in *Decennalia* cum variis Notabilibus de perſonis & rebus exteris retulit, in publicum tandem emittit, & ita fructificando reipublicæ literariæ pro vero, felice & felicisſimo peregrinatore jure merito habendus eſt. Macte Sileſia tanta felicitate! Habes nunc *Caſparum Laudismanum*, (qvi Divi Rudolphi II Romanor Imperatoris Auguſtisſimi in arduis cauſis & negotiis Commiſsarius, & Friderici I. Romani Imperii Principis celeberrimi Ducis Würtenbergici Conſiliarius fuit) nunc Illuſtriſs & Celſis. Principis ac Dn. Dn Johannis Chriſtiani Ducis Sileſiæ Lignicenſ. & Bregenſ. Domini noſtri clementisſimi Conſiliarium Aulicum exiſtentem. Hunc virum lingvarum exoticarum callentisſimum cum ſtupore audis de rebus gravisſimis differentem, & laudes ejus admiraris. De Homeri olim mortui, quem vivum neglexerant, patriâ ſeptē urbes inter ſe contenderunt: Sed LAUDISMANUM honorificè dictum non ſeptem urbes, ſed omnis orbis civitate donat, ortus illius ſibi vendicat, virum dignis honoribus proſeqvitur Nec immeritò. Ille mutum exemplum togatæ prudentiæ

dentiæ Odyſseâ, militaris verò Iliade nudis tantum verbis expreſsit: At noſtro huic LAUDISMANO tanto major gratia, gloria & laus debetur, qvantò Homero mortuo vivus Germaniæ perluſtrator & feliciſsimus Peregrinator laudabilium factorum autor & ſcriptor, melior. Homeri quondam opera Alexander Magnus tanto in precio habuit, ut digniſsima judicarit ſcriniolo, qvo nihil inter opes Darii precioſiùs repertum eſt, & dormiens capiti ſuppoſuerit, quòd prudentiæ umbram in iis delineatam vidiſset. Sed Homerus immane qvantũ *à Laudismano* ſuperatur, cujus tot libros, tot Decennalia mundanæ peregrinationis, varia Notabilia de perſonis illuſtrium & rebus exteris in regnis & provinciis & aulis Cæſarum Regum & Principum ab eo viſis, &c. omnes Reges & Principes auro contra æſtimant, egregia precioſa & ſingularia judicant. Sed qvid de his libris omnium ſaniorum judicio raris atq; rariſsimis, Precioſis atq; precioſiſsimis, qvâ exoticas lingvas, qvâ prudentiam mirum in modum Reipublicæ literariæ fructificantibus, dico? Citius nos charta & oleum deſtituent, qvam ſeges & materia laudũ, qvibus *Laudismanus* dignior & clarior, qvàm

ut

ut aliquis Tityrus Domeſticus, ut ſcitê *Magnꝰ Vir* loquitur, aut parvus aliqvis Drolus iis poſſit derogare. Tantum id, qvod pes & caput eſt noſtræ ſcriptionis ſignificamus omnibus, ſæpiùs honorificé dictum *Laudismanum* pro innato & ſingulari Rempubl literariam juvandi amore, *Scholam Gallicæ Lingvæ*, qvâ cum ſimul conjunget terſam, elegantem, rotundam, & qvadratam Latinitatem, intra privatos parietes eſſe aperturum. Eo a. modo, qvem antea quoque *Londini in Anglia*, *Ambſtelodami in Hollandiâ* & in *illuſtri Lipſia* & *Stetini in Pomerania* infreqventisſimo auditorio obſervavit, auditores ſuos informabit, ut per locos communes, uti fieri debet, doceat lingvam Gallicam, ejusq; uſum in Theologicis, Oeconomicis, Ethicis, Politicis, Militaribus, Perſonalibus, &c. oſtendat. Qvam præclara hæc ſunt & multa? Et tamen omnia hæc Auditores ſuos ſe ad unguem docturum pollicetur *Laudismanus* intra octo mẽſium ſpacium. Non enim vulgari modo docebit, qvo Galli aliqvot Gallicæ lingvæ informatores utuntur, qvi bonos Germanos ex eo latere tantum amant, ex qvo illis crumena dependet. De totâ autem *methoto ſuâ* docendi ex po-

teſtate

teſtate illa, quam ab *Illuſtriſſimo Benigniſſimoque Principe noſtro* peculiari clementiâ impetravit, in ipſo *Gymnaſio noſtro Illuſtri* ad *diem craſtini* peculiarem & exquiſitam *Orationem Hora octavâ matutinâ* habiturus eſt, cui ut omnes jurisdictioni noſtræ Scholaſticæ ſubjecti frequentes interſint, & linguis animisque faveant, hortamur: Id quod alios etiam omnium ordinum viros, qui *tam raras laudes & inſolitas glorias* æſtimant, ſuâ ſponte facturos eſſe, certo nobis pollicemur. P. P. *ipſo die Epiphaniorum Domini, Anno*

16 17.

NARRATIO,

QUA RATIONE, ET QUA INTERVENIENTE SOLENNITATE ORATIO LAUDISMANNI HABITA FUERIT IN ILLUSTRI BREGA, IN DUCALI ET ACADEMICO GYMNASIO BREGENSI.

ANNO 1617. septima Januarij, circiter septimam matutinam horã, Illustrissimus, & Celsissimus PRINCEPS, & DOMINUS, DN. JOHANNES CHRISTIANUS, DUX SILESIAE LIGNICENSIS, ET BREGENSIS, DYNASTA EX REGIO POLONICO SANGUINE, ET PROSAPIA descendens, aulico suo Comitatu stipatus, ex aula ex curia sua ad GYMNASIUM ACADEMICUM BREGENSE equitavit, & AUDITORIUM (in quo partes Oratoriæ LAUDISMANNO de mandatæ expeditæ fuerunt) ingressus, LAUDISMANNUM hilari, & benigno vultu aspexit.

Postquam vero LAUDISMANNUS Cathedram ascendisset, Chorus Symphoniacus

MV-

Mvtetam Elegantem, atq; Elegantissimã Angeli Laetantur de Mirando Opere tanto dulciter Cantare incepit.

Hac decantata muteta alteram egregiam Orlandi mutetam Angelvs ad Pastores prædictus chorus symphoniacus cantauit, & quidem dulciter.

His duabus dulciter, atq; dulcissimè decantatis Mvtetis LAVDISMANNI animus fuit inflammatus & hilaritati deditus, & ad perorandum alacrior factus.

Exordivm Orationis LAVDISMANNI, Latini & Gallici Peroratoris ad Avgvstissimvm Dvcem Bregensem Dominvm suum directum fuit.

Quàm cordatè autem, & animosè Magnanimvm Dvcem LAVDISMANNVS Perorator allocutus fuerit, testabuntur ij, qui Actui isti solenni & Orationi interfuerunt, & LAVDISMANNVM Perorantem audiuerunt.

Quæ Mvteta ante Orationem LAVDISMANNI decantata fuerit.

runt. OMNIUM Auditorum oculi in frequentissimo Auditorio, & in Nobili illa Corona in LAUDISMANNUM Latinum, & Gallicum Peroratorem directi fuerunt, quod non adeo curauit LAUDISMANNUS Perorator animosus, & cordatus.

Feliciter processit Oratio. Utinam feliciter, & eo ordine, qui in Oratione indicatur, procedat Gallica PROFESSIO, LAUDISMANNO ab AUGUSTISSIMO DUCE BREGENSI demandata, & quidem in incrementum, & ornamentum, atq; illustrationem DUCALIS GYMNASSII ACADEMICI BREGENSIS ad Votum Augustissimi DUCIS, & LAUDISMANNI perorantis desiderium.

In LAUDISMANNI Diligenti informatione, & in eiusdem EXERCITAMENTIS Gallicis nihil omnino desiderabitur. Modo adsint assidui, & diligentes AUDITORES, & DICTATA ipsius GALLICA tersæ latini-

tinitati tradita diligenti ſtudio repetant, & memoriæ mandent, et ad uſũ transferant. Si qui annuo ſpacio EXERCITAMENTA GALLICA ET LATINA LAVDISMANNI ſine interruptione (Siquidem Studia continuata vigeant, intermiſsa pereant,) & diligenti ſtudio ſunt frequentaturi ſine omni dubio (uti ſæpius dixit LAVDISMANNVS) Gallica legere, Gallica pronunciare, & neceſsaria Gallica ſcribere, & Gallicos textus latinitati tradere poterunt.

Quantum attinet ad ORATIONEM LAVDISMANNI, illa præter ipſius intentum ultra duas horas fuit protracta.

Quòd autem ultra duas horas illa protracta fuerit in cauſa fuit Variarũ rerũ, & variorum Exemplorũ allegatio, & applicatio. Et ne nuda exiſteret ORATIO, & EXTERI BOHEMI, & POLONI, & Originarij Sileſij uiderent, & cognoſcerent, quas Doctrinas, quas Res, & quæ Exempla inter docendum LAVDISMANNVS Gallicus & Latinus perora- *Quare ultra duas horas LAVDISMANNI Oratio protracta fuerit.*

 tor

tor in illustri BREGA *Discipulis suis, & Auditoribus propositurus & quem Ordinem in docendo obseruaturus esset, & quas Materias in* LOCIS COMMVNIB: *singulis, & quos flores Gallicos & Latinos in ijs sit adhibiturus.*

Quantum attinet ad finem ORATIONIS, *finita fuit illa circiter undecimam prandio Aulico proximam, & tam ab Aulicis, quàm à* PERORATORE *desideratam, postea* GRATIARVM ACTIO *à* LAVDISMANNO PERORATORE *fuit instituta, ad* AVGVSTISSIMVM DVCEM *prius, deinde ad unumquemq; in nobilissima Corona Auditorum præeminentiorem existentem fuit directa.*

Quæ muteta post Orationem LAVDISMANNI *decãtate fuerit.*

Finita GRATIARVM *actione eligans, atq; Elegantissima* PRÆTORII MVTETA SVRGE ILLVMINARE HIERVSALEM *dulciter quinque vocib: à Choro symphoniaco decantata fuit.*

Et gauisus est mirum in modum LAVDISMANNVS LATINVS, & GAL-

LICVS

LICUS perorator, quòd tam frequens extiterit Auditorium, & quòd in eo apparuerint tot BARONES, *& Nobiles, & tot primariæ Authoritatis, & excellentioris doctrinæ* VIRI, *inprimus autem, quod* AUGUSTISSIMUS, & MAGNANIMUS DUX BREGENSIS, DOMINUS *suus, illustri sua præsentia Actum istum illustrarit. Et ex corde precatur LAUDISMANNUS* AUGUSTISSIMIS, & MAGNANIMIS DUCIBUS LIGNICENSIB: & BREGENSIB: DYNASTIS *ex Regio Polonico sanguine descendentibus tot felicitates, quot sunt in firmamento cœli stellæ, & quot sunt in mari Guttæ.*

Votum LAUDISMANNI pro longæua uita illustrißimorum Ducum Lignicensium, & Bregensium.

Et pro illorum longæua vita in residuo vitæ suæ curriculo indesinenter DEUM *opt: Max: rogaturus est LAUDISMANNUS, & eorum* LAUDES *in scriptis suis est decantaturus.*

AV-

Exordium Orationis Laudismanni, ad Augustissimum Ducem Bregensem directum.

Consiliariatus Aulici Bregensis Anno 1616. 21 Noueb. Laudismanno assignatus

AVGVSTISSIME DVX, DOMINE CLEMENTISSIME, *Siquidem nuper ex singulari* CELS. *T. gratia, mihi* AVRIMONTANO SILESIO, *Originario* ILLVSTRISSIMI, PIISSIMI, BENIGNISSIMIQVE DVCIS LIGNICENSIS, DOMINI GEORGII RVDOLPHI, CELS: *T. fratris dilectissimi subdito, Sexagenario & Graduato, terra mariq; iactato,* EVROPÆ *perlustratori felicissimo, & varia spacio 40. Annorum extra magnam hanc Silesiam patriam dilectam, atq; dilectissimam, Exteris in Regnis, atq; prouincijs tempore belli experto, & Reipub: literariæ 24. librorum Editione fructificanti in illustri* CELS. *T. Curia* CONSILIARIATVS (*cui non minima* DIGNITAS *annexa est*) *assignatus fuerit, & simul unà Gallicæ Linguæ Elegantissimæ* PROFESSIO *in inclijto hoc* CELS. *T.* GYMNASIO ACADEMICO, *in singulare Emolumentum & commodum iuniorum* BARONVM, NOBILIVM, PATRICIORVM *aliorumq; Studiorum gratia in illustri hoc* BREGENSI *Academico*

Gym-

Gymnasio degentium, mediante particulari eorum, & singulis mensibus exoluendo salario mihi gratiosè, atq; gratiosissimè concessa fuerit, uolui in frequentissimo hoc Auditorio publico, & illustri hac Corona, in CELS. T. & eiusdem CAPITANEORUM, CONSILIARIORUM, & AULICORUM, & Consulum atq; Senatorum inclytæ huius Ciuitatis & doctissimorum illustris huius GYMNASII ACADEMICI PROFESSORUM, aliorumq; politicorum, Virorum præeminentium præsentia, MODUM DOCENDI, & ADDISCENDI Linguam Gallicam succinctum & breuem, utilem atq; utilissimum in Academias Germanicas à me Germano introductum, ab omnibus sinceri iudicij Hominibus approbatum, & ante hac in illustri LONDINO Angliæ & in inclyto AMSTELODAMO HOLANDIAE, & in celebri ACADEMIA LIPSICA, & in famosa Uniuersitate Wittebergensi à me obseruatum demonstrare, eumq; uarijs, & Exquisitis EXEMPLIS

Salariũ singulis mensibus pro informatione Gallica exoluendũ.

MODUS docendi, & addiscendi Linguã Gallicã in illustri LONDINO Angliæ, & inclyto Amstelodamo Holãdiæ

C decla-

à LAVDISMANNO explicatus, ab eo in illustri Academico Gymnasio Bregensi obseruandus.

declarare, & quidem in eum finem, ut ille typis in illustri hac BREGA *mandari, & postea ex hac Ciuitate famosa ad Regni Bohemiæ, Regni poloniæ, Austriæ, Morauiæ, & Magnæ huius Silesiæ proceres,* BARONES, NOBILES, & PATRICIOS *transmitti possit, ut ad illustre hoc* BREGENSE *Gymnasium Academicum liberos suos mittant, ad Exercendos eos non solummodo in Artibus, sed & in Lingua Gallica, & quidem extraordinaria horâ, & absq; omni ordinariorum studiorum remora, & impedimento.*

Et qui per annum Exercitamenta mea Gallica diligenti studio sine intermissione (Continuata enim studia uigẽt, intermissa pereunt) in illustri hoc BREGENSI GYMNASIO ACADEMICO *frequentabit, sine omni dubio Gallicè legere, Gallicè scribere, & Gallicè* NECESSARIA *loqui poterit.*

Nomino autem AVGVSTISSIME, BENIGNISSIMEQVE DVX, DOMINE CLEMENTISSIME, CELS. *T.* GYMNASIVM *hoc*

BRE-

BREGENSE, *primo respectu ideo* ILLVSTRE, *quòd ab Illustrissimo* DVCE *Silesiaco*, DYNASTA *ex Regio polonico sanguine descendente* DOMINO GEORGIO, DVCE LIGNICENSI, & BREGENSI, *pio, atq; pijssimo in Rempub: literariam affectu fundatum*, & *hactenus ab Illustrissima T.* CELSIT. *inusitata liberalitate adauctum*, & *magis exsplendescens redditum, numero etiam* PROFESSORVM *amplificatum fuerit.*

Gymnasium BREGENSE *quare Academicum dicatur.*

Secundo respectu nomino illustre Gymnasium Academicum, quòd in eo illustrium Virorum Filij, (uti nuper ante Natiuitatis Christi diem in publico Auditorio factum est, optimo modo Rhetorico, & *tersa latinitate ea* MYSTERIA, *quæ* DEVS *Nobis in hoc mundo obscura fecit, at penitus reuelanda in altera scola cœlesti, aliquo modo explicata fuerint*, & *quidem in illustri* ILLVSTRISSIMÆ CELSITVDINIS TVÆ *præsentia.*

Tertio respectu nomino, & *appello Illustre* CELS: *T. hoc Academicum* GYMNASIVM,

quòd in eo primarijs Disciplinis, & Facultatibus in THEOLOGIA, in IVRISPRVDENTIA, in PHILOSOPHIA, in ETHICIS, in POLITICIS, in LOGICIS, nec non in EXOTICIS LINGVIS DOCTORES & LICENTIATI IVRIS in cæterisq; non uulgares, sed singulares Viri. Ad me quantum attinet, nullam aliam laudem mihi ascribi desidero, quàm eam, quam mihi ascribunt illustres Viri, & literis, & carmine, & oratione, & quidem sincero corde.

LAVDISMANNVS qualem LAVDEM sibi ascribi desideret.

Quorundam scopticam, & minùs sinceram LAVDEM non curo, sed attendo in eam, quæ à LAVDATIS VIRIS LAVDE DIGNIS attribuitur, uti dixi literis, carmine, & Oratione, Repeto hîc ea Verba, quæ extant in Carmine, quod Anno 1612. in illustri GIESSENA ACADEMIA à præclaro VIRO, DOMINO CONRADO MATTHIA scriptum est, & quo doctè, atq; doctißimè explicatum est meum SYMBOLVM, cuius Explicatio in EPILOGO continet precatiunculam

Repetitio uerborum, quæ in explicatione Symboli LAVDISMANNI continetur.

lam ad DOMINUM nostrum, & saluatorem JESUM CHRISTUM directum continet, & quidem his Verbis.

DA LAUDES CAPIAM A LAUDATIS OPTIME JESU,
DA CAPIAM DIGNAS QUAESO LABORE MEO.

Repeto hîc quoq; Verba, quæ extant in Strenui & Nobilissimi EQU: SILESIACI DOMINI JOHANNIS à Nostitz, Capinanei Wolauiensis exquisiti iudicis VIRI carmine, quod anno 1612. circa festum DIVI MARTINI in illustri Aula BREGENSI mihi tunc ex Regno Anglico in Silesiam patriam meam dilectissimam Reduci facto Literatissimus EQU: silesiacus doctissimè, & uerè, atq; uerissimè, & sincero corde scripsit, quæ ita sonant:

Repetitio uerborum, quæ in docto carmine Strenui EQU. Silesiaci DN. JOHANNIS à Nostitz continẽtur.

REGIBUS HÆC, DUCIBUSQUE VIRIS,
DOCTISQUE PROBANTUR,
QUAMVIS RUMPATUR ZOILUS
INVIDIA.

Anno 1611. CONSILIVM LAVDISMANNI de Exoticis Linguis ſcriptũ.

Qua ratione autem ſupradicto Anno 1612. circa feſtum pentecoſtes LONDINI *in* ANGLIA, *in Regia Anglica Curia, hodierno Sereniſsimo Regi* ANGLIÆ, REGI *Literatiſsimo* CONSTENTA CONSILII *mei de* EXOTICIS *Linguis, in illuſtri* GIESSENA ACADEMIA *anno 1611. conſcripti in manuſcripto à me* SERENITATI *ipſius oblata placuerint, ſciunt nonnulli primarij Aulici* ANGLI.

Sunt quidem nonnulli ZOILI, MOMI, NASVTI, IEIVNI ET INERTES ASINI, *ſunt nonnulli* LAPPENHEVSERI *parui* DROLI GALLICI, *ſecretiora Linguæ Gallicæ ignorantes: ſunt nonnulli parũ poloniſantes, parum Galliſantes, parumq́ (ut ita dicam) Iridiſantes, & in his ineptientes* POETAE BAVARI: *ſunt nonnulli* MAGISTERIOLI, *optimos Studioſos Germanos in arte imaginatiua deludentes, & propter Sanctum* DENARIUM *eos decipientes: ſunt deniq́ nonnulli* CAVTII *ſuperbi, indocti, & illiterati* SCRIBÆ, *qui* LAVDATIS, *& politiori literaturâ excultis,*

cultis, & terra mariq; jactatis, & multa in Regnis & prouincijs EVROPAE *expertis, & à* REGIBVS *exteris Christianissimis & à principaliorib: Romani Imperij* DVCIBVS, & PRINCIPIBVS *amatis & dilectis, eam* LAVDEM, *quam ijs propter excellentem doctrinam, experientiam & Egregia literaria monumenta, &* CONSILIA REGES, PRINCIPES, *& primariæ Authoritatis* VIRI *in* GERMANIA, *in* GALLIA, *in* ITALIA, *in* ANGLIA, *in* HVNGARIA, *& in* POLONIA *attribuunt, adimere conantur: at remanebit ijs uera* LAVS *penes sinceros* GERMANOS, *Benignos Gallos, prudentes Italos, doctos Anglos, Doctos Hungaros, & Doctos polonos.*

Edat quis Zoilorum, MOMORVM, NASVTORVM, *jeiunorum, & inertium Asinorum, & paruorum* DROLORVM *Gallicorum, & parum polonisantium, parum Gallisantium, parumq; Iuridisantium poëtarum* BAVARORVM, *& Magisteriolorum in arte imagina-*

aginatiua optimos STVDIOSOS deludentium, & CAVTIORVM indoctissimorum Scribarum tale CONSILIVM, tot DOCTRINIS instructum, tot EXEMPLIS declaratum, tot Notabilib: de personis & rebus illustrium insignitum, & tot, & diversis Idiomatib: exteris exornatum, quale edidit SILESIVS terra mariq; iactatus, & sine omni dubio notum se mundo faciet, & inclarescet apertè penes Exteros uti de SILESIO loquitur MAGNVS VIR, alter PTOLOMÆVS HERLICIVS, MEDICINA DOCTOR STARGARDIENSIS in suo carmine, quod Consilio de EXOTICIS Linguis, in Illustri STEDINO Ciuitate maritima proximo anno typis mandato præfixum est.

Jta enim scribit VIR excellenter doctus ad SILESIVM, ad Gaudium eum excitans.

PLAVDE tuo hoc studio ergò, VIR expertissime, PLAVDE,
Namq; tuas LAVDES, FAMAM, NOMENq; per orbem.

ITALA

ITALA GENS, GALLIq; *ferunt*, HISPANVS *&* ANGLVS.
Et quæ luxuriat longo GERMANIA *tractu.*

Vtinam hæc scribere posset VIR *celebris* HERLICIVS *de* CAVTIO *Scriba* STETINENSI *et de* CVTIO *Ignorãtiæ ipsius fratre, & de parum polonisante, & parum Gallisante, & parum Iuridisante* POETA BAVARO, *& de paruo quodam* DROLO *Gallico* GARNERIO *in Academiis Germanicis literatiorum Silesiorum perturbatore. Ex heteroclyto capite parui illius* DROLI GALLICI GARNERII *Aureliensis secretiora Linguæ Gallicæ ignorantis, & ex cerebello parum polonisantis, parum Gallisantis & parum Iuridisantis* POETÆ BAVARI *non facilè tanta scientia, & doctrina deprometur, quanta requiritur ad conscribenda salutaria* CONSILIA *de Exoticis Linguis, de spirituali, & mundana peregrinatione, & ad rectè, Latinè, Gallicè, & Italicè, Theologicè,*

Quare nonnulli parui DROLI *Gallici* LAVDIS-MANNVM *extremo odio prosequantur.*

Ethicè, & politicè explicanda CAESARVM, REGVM, & PRINCIPVM SYMBOLA.

Odio extremo me Germanum, & silesium prosequuntur parui nonnulli DROLI GALLICI, *miseri Gallicæ Linguæ (ut ita dicam) BRODFESSORES, propter assumptam ad tempus in Regno Anglico in illustri* LONDINO, *in Hollandia in inclyto* AMSTELODAMO, *in famosa & celebri maritima Stetinensi Ciuitate pomeraniæ metropoli, & in celebri Witeberga, & Lipsia* PROFESSIONEM *Gallicam. At sciant illi* DROLI, *quòd Adminicula uitæ* SENIORIB. *ubiq; terrarum quærenda sint diuinitùs concessa, et quòd Eruditio sit vitæ columē secundū hoc* ITALICVM.

Erudiτio vitæ columen.

Fructificandum Reipub: literariæ quibuscunq; laborib:

IL SAPERE È IL BASTON DELLA VITA. *& quòd fructificandum sit Reipub: literariæ quibuscunq;* LABORIB.

Sciant autem DROLI *Illi* GALLICI, *& miseri Gallicæ* LINGVAE BRODFESSORES *mihi competere aliam, & digniorem,*

rem, & magis frugiferam PROFESSIONEM JURIDICAM nimirum, quam vel in Aula Imperatoris, uel in Augustissimi Ducis BREGENSIS Dicasterio Aulico, finito anno reassumere potero.

Interuenit quidē integrum Octennium, quô propter peregrinationes terrestres, et maritimas nullū omnino librū Iuridicū legi, & essauit penes me Studiū Iuridicū: at illud facilè recolere potero. Et studium juris nō est ita ingeniosum, quàm est Laboriosum. In mea autem senectute quietiorib: MUSIS me dediturus, & juridica, & forensia negotia non adeò sum pertractaturus, & in eo saltem elaborabo, ut TRIA mea de mundana peregrinatione DECENNALIA, & primaria literaria monumenta laborib: meis, & asiduis Studijs conscripta, & elaborata lucem aspiciant, & MAGNAM SILESIAM patriam exornent, & LAUDIS nomē per monumēta literaria æternitati consecretur, et ut DONIS, et MUNERIB: illustriū Laudismannꝰ in senili sua ætate exhilaretur. Mirū

autem in modum exhilerant literatiores Seniores CÆSARVM, REGVM, PRINCIPVM, & ELECTORVM *egregia* DONA, & MVNERA, *quæ illis exteris in Regnis & prouincijs ob literaria egregia monumenta obueniunt, &* HONORES, *qui illis in Aulis magnatum exhibentur.*

Bavarus Poëta quid ægrè tulerit: in illustri Lipsia.

Ægrè admodum tulit parum polonisans, parum Gallisans, & parum Iuridisans POETA BAVARVS, *cum ex præclaro Viro,* DOMINO DOCTORE BRVNONE *Medico præstāti, Magnifico illustris et famosæ* ACADEMIÆ LIPSICAE RECTORE *in illustri* LIPSIA *intellexisset, hodiernum* MAGNVM DVCEM SAXONIAE, & ELECTOREM, DOMINVM *meum clementissimum meo nomine ad suam Academiam Lipsicam scripsisse, ut mihi Auditorium aperiret & me respectaret.*

Quid iterum ægrè tulerit Poëta Bavarus Liuidulus.

Ægrè item tulit parum polonisans, & parum Gallisaus POETA BAVARVS, *quòd* ACADEMIA LIPSICA *tam egregium Testimonium sub sigillo Academico mihi pragam uersus,*

uersus, & in Italiam tendenti ratione uitæ in illustri Academia honestè actæ impertiuerit.

Ægrè tulerunt nonnulli miseri Gallicæ Linguæ BRODFESSORES mihi in Ciuitatib. maritimis, & in Regno DANIÆ tot Rosatos Anglicos, & tot Aureos nummos, et tot TALEROS propter oblata primæ & imperfectæ Lipsicæ impressionis Consilij meï de Exoticis Linguis offerri, & à Ciuitatum magistraribus me honorificè excipi.

Quid ægrè tulerint in maritimis Ciuitatib: & Regno Daniæ liuiduli nõnulli.

Ægrè tulit GARNERIVS miser Gallus, cum intellexisset mihi in illustri LIPSIA à Serenissimo Electore BRANDENBVRGICO & respectu sui, & respectu filij tam egregium aureum Honorarium propter primæ, & quidem imperfectæ Editionis, oblata Exemplaria eo die quo Consilium meum lucem aspexit, oblatum fuisse.

GARNERIVS, Liuidulus, quid ægrè tulerit in illustri LIPSIA.

Interfuit autem eo tempore Liberalissimus ELECTOR BRANDENBVRGICVS Illustrissimorum DVCVM SAXONIÆ conuentui in Illustri NAVMBVRGO, & magno Comitatu

CAVTIVS scriba, quia ægrè tulerit in illustri STETINO.

LIPSIAM appulit. Et mirificè SERENISSIMVM ELECTOREM *Lectio consilij mei de Exoticis Linguis delectauit.*

Iniquè tulit in Illustri STETINO *pomeraniæ* METropoli,*ciuitate optima Lappenheusericus ille, superbus, & indoctus* SCRIBA CAVTIVS, *uidens mihi jam indicta egregia, & eleganti Ciuitate Maritima à* REVERENDISSIMO PRINCIPE, & DOMINO, DN. PHILIPPO CHRISTOPHORO *à* SÖTERN, EPISCOPO SPIRENSI, *Cæs:* MAI: CONSILIARIO, & *Augusto* CAMERÆ IMPERALIS IVDICE, PRINCIPE *Literatissimo, ob unicum primæ Editionis imperfectæ transmissum Consilij mei de Exoticis Linguis Exemplar transmitti honorarij loco altum, & subauratum poculum.*

CAVTIVS scriba ignarus, quid iniquiùs tulerit in illustri STETINO.

Iniquiùs autem tulit LAPPENHEVSERICVS, & indoctus ille CAVTIVS SCRIBA, cum intellexisset in Aulis illustrissimorum Ducum pomeraniæ, aula

DOMI-

DOMINI PHILIPPI, PRINCIPIS *pii, mansueti, literati, atq; liberatissimi, Herois Constantissimi, Nobilis musarum Luminis, & literatiorum Virorum solaminis, & in præstantissimi Ducis & magnanimi principis,* DOMINI PHILIPPI IVLII, *Italici peregrinatoris optimi curia* 40. TALEROS *honorarij loco ob aliquot integri, & perfecti consilij, in inclyto* STETINO *typis mandati oblata Exemplaria, mihi oblatos fuisse.*

Iniquissimè uerò tulit sæpedictus superbus, et indoctus SCRIBA CAVTIVS, *cum intellexisset, quòd* DOMINVS *ipsius Illustrissimus,* DVX *pomerianiæ,* DOMINVS PHILIPPVS, *in certum indicium, & quasi* τεκμήριον *ipsius* CELS: *erga me amoris mihi illius* CELS: *ualedicenti, in auro puro Imaginem suam mihi obtulerit, quam cum alijs magnatum in puro Auro fusis Imaginib: & mihi in signum Amoris donatis Studiosè conseruare, & in eorum memoriam alternatis uicibus in aulis Illustrium portare non dubitabo.*

Nunc

40. TALERI LAVDISMANNO honorarij loco in Aulis illustrium Ducum pomeraniæ oblati. Imago Illustrissimi Ducis pomeraniæ tota aurea LAVDISMANNO oblata.

Nunc ad eos peruenio, qui me in VNIVERSITATIB: & GYMNASIIS *Academicis Germanicis aliquandiu in professione Gallica impediuerunt, & molestarunt:*

GARNERIVS GALLVS falsarum literarũ scriptor.

GARNERIVS *paruus ille* DROLVS GALLICVS, *uidens in illustri* LIPSIA *nonnullos egregios* NOBILES *Studiosos* EXERCITAMENTA *mea* GALLCA *frequentare, & in studio Linguæ Gallicæ proficere, ægrè, atq; ægerrimè illud tulit, & eò audaciâ & leuitate processit, ut falsas literas in* ACADEMIA LIPSICA *ab eo supposito tamen alio nomine, & quasi* PARISIIS *scriptæ essent, scriptas, mihi per Nobiliss: EQV: Silesiacum, in ædibus Honesti, & probi Viri,* DOMINI MAGISTRI FRANC *offerri curarit.*

Hinc falsarum literarum scriptor paruus ille DROLVS GALLICVS *in Consilio meo Stetini impresso est appellatus, & quòd dignus esset, ut ad eum locum, in quo Boues mortui incursant homines viuos relegaretur.*

GARNE-

GARNERIVS est malus Latinus, & dixit in illustri STETINO præstans Theologus, DOMINVS Doctor CRÜGERVS, se in Academia Giessena sæpius à GARNERIO molestatum fuisse propter Gallica ipsius scripta tersæ Latiniti tradenda. Et pleriq; BRODFESSORES GALLICI, textus Gallicos inter docendum latinè, malè & difficulter explicant. Et uidentes Germanos in latinitate excellere, & textus Gallicos facilè latinè explicare Auditorib: suis, eos odio prosequuntur extremo, & eos impedire conantur.

GARNERIVS malus LATINVS.

Confusè docent, & phrasiolas nonnullas Germanis dictant, nulla verò Secretiora Linguæ Gallicæ optimis Germanis communicant.

Sunt pleriq; Gulæ dediti, & multa optimis Germanis Studiosis promittunt: at pauca præstant.

Sæpe numero insalutato Hospite discedunt.

GALLICI BRODFESSORES pleriq; mali Latini.

Veni ego Anno 1614. ex maritima peregrinatione STETINVM, in quo propter incidens frigus circa Diuum martinum in ea

 Ciuita-

Quando Stetinum appulerit LAVDISMANNVS.

Ciuitate perstiti, & illustre Hamburgum (in quo multas pecunias professione mea Gallicâ spacio duorum annorum, quo in iam dicta maritima Stetinensi Ciuitate commoratus sum & quidem sine salario) attingere nequiui, diuerti in STETINO in diuersorio publico Zimmermannianæ Viduæ, in quo EXERCITAMENTA Gallica satis feliciter mediante Gratia Illustrissimi Ducis pomeraniæ, Domini PHILIPPI, Ducis benigni, atq; benignissimi, pij atq; pijssimi, literati atq; literatissimi institui, quæ multi egregij Nobiles per quatuor menses frequentarunt, & quidem diligenter, & maximo cum fructu. Venit eò DROLVS quidam Gallicus, miser Gallicæ Linguæ BRODFESSOR, in eodem Zimmermannianæ Hospitio diuertens, sperans se per Sartorem Aulicum, & HOSENFLICKERVM Gallum, in illustri STETINO ad PROFESSIONEM Gallicam promotum iri: at uidens egregia mea Dictata, & Exercitamenta, insalutata Hospita discessit, erupit, & (ut ita dicam) exlacerauit. De

De Euasore, & Exlaceratore Gallico dicunt Galli, præsertim de eo, qui clandestinè discedit, & Hospiti non satisfacit.

Il luy a monstrè le uisage de bois: Faciem Ligneam illi monstrauit. Facies autem lignea dicitur Janua, per quamquis elabitur.

Facies lignea janua dicitur.

Droli *illi Gallici, & miseri Gallicæ Linguæ* Brodfessores *optimos Germanos Studiosos in Lingua Latina corrumpunt. Tersæ autem Latinitati studendum est, cum* LATINA *Lingua sit mater: cæteræ Exoticæ Linguæ, Gallica, Italica, & Hispanica sint filiæ. Et Filiæ non plus attribuendum, quàm matri. Et semper in docenda Lingua Gallica* PROFESSORES *eò attenti esse debent, ut cum terso, & eleganti Idiomate Gallico in explicatione tersum, & Elegans idioma latinum adhibeatur. Et ita discit Discipulus Gallicam, & simul unà latinam linguam.*

Et etiamsi in explicatione latina sæpius impingant, nihil refert: modò sine rubore inter docendum correctionem à doctis Informatori-

 bus

bus æquo animo admittant.

Incõgruitates in Lingua Gallica à Gallis nõ nullis commissæ.

Nonnulli DROLI GALLICI, miseri Gallicæ Linguæ BRODFESSORES, (uti in meo Cõsilio de Exoticis Linguis integro et perfecto, raro, atq; rarissimo dico) sæpiùs incongruitates in Lingua Gallica committunt, quæ uitandæ sunt.

Ut quando dicendum, Je uouldrois, que Nous disnissions: pro dinissions dicunt nonnulli DROLI Gallici, disnassions.

PHRASES RVSTICAS nonnulli GALLI immiscẽtes.

Nonnulli phrases Rusticas Gallicas immiscent, quas optimi Germani Studiosi uitare debent.

Dicunt nonnulli DROLI. Je suis saoul. Satur sum, uel cibo, potuq; repletus sum. At ciuiliùs, & Elegantiùs dicitur. Ie suis rasasié, i'ay bien disnè. Cibo potuq; refectus sũ, Benè admodum pransus sum.

Gallici Brodfessores cõfusè, docentes.

Et cum pleriq; DROLI confusè doceant, non per locos communes (uti optimi literati, & in idiomate Gallico terso, & eleganti benè exercitati Germani faciunt,) procedentes, optimi Germani Studiosi eos ad talem

lem modum docendi exhortari, & compellare uelint. Quia plus proficient sex mensium spacio, quod aliàs non facient duodecim mensium curriculo.

Jactitauit in intimatione sua GARNERIUS, paruus ille DROLUS Gallicus, se materno Gallico lacte suxisse Linguam Gallicam: at (uti in Consilio de Exoticis Linguis dicitur) quòd miser GARNERIUS tantum panis Siliginei, in Germania miserâ suâ BRODFESSIONE Gallicâ lucrari nequiuerit, quò lac illud durum maternum, & Gallicum digerere, & miseram Uxorem, & liberos sufficienter alere, & uestire potuerit.

Si Linguam Gallicam GARNERIUS addidicisset in aulis Regijs & parlamentis Gallicis, & quidem inter politiores Aulicos, quos CURTISANOS appellant, etiam tales exquisitos flores Gallicos, inter CURTISANOS Aulicos notatos, quales cõsilio meo de Exoticis Linguis insertì, sũt scriptis suis insereret, et ijs ea exornaret.

Linguam autem Gallicam PARISIIS inter

ter politiores aulicos, & Aurelijs & Biturgibus Galliæ inter doctiores Studiosos Gallos magnis impensis, & sumptib: addidici, & in PARLAMENTIS, Regis Hispaniarum DOLANO PARLAMENTO, & Regis Galliæ curia parlamenti PARISIENSIS ea notauit, quæ quis DROLVS GALLICVS Germanorum literatiorum osor non notauit.

Quare professio Gallica à LAVDISMANNO ad temp9 fuerit assumpta. Droli Gallici amant Germanos ex eo latere, ex quo illis dependet crumena

Et intentior fûi in Regis Galliæ Curia, & in PARLAMENTO parisiensi, officina iustitiæ publica, in illustrium Gallorum Eloquia, quàm unquam fuit DROLVS quis Gallicus, miser Gallicæ Linguæ BRODFESSOR.

Quòd autem (uti superiùs à me dictum) ad tempus exteris in terris & prouincijs extra magnam Silesiam PROFESSIONEM Gallicam assumpserim, causa hæc fuit, ut extaret exemplum in Germano Graduato, & Silesio, Doctrinæ, & Experientiæ Gallicæ.

Et cum niderem DROLOS Gallicos amare optimos Germanos ex eo latere, ex quo illis (ui alibi dixi) dependet crumena, ex sincero erga

ga Germanos amore eam professionem assumpsi, & multum in ea (absit jactantia verbo) penes Germanos Studiosos in Academijs Germanicis effeci.

Et causa fuit, quòd in illustri STETINO Regina Suetiæ Vidua, ad iunioris Regis, & principis Suetiæ informationem in Lingua Gallica me per Nobilissimum Dominum à Birckholtz, Reginæ Suætiæ intimum Consiliarium uocari, & interpellari curarit. LAVDIS MAN in Sueciam propter professionē Gallicū, uocatus.

Et illustres BOHEMICI STATVS libenter uidissent, si in illustri PRAGA ad incrementum, & illustrationem Gymnasij Euangelici EXERCITAMENTA Gallica instituissem, uti libenter uidissent prudentissimi Senatores in illustri Hamburgo, si ea in inclyta illa, & populosa Hamburgensi ciuitate maximo meo commodo, & utilitate, in emolumentum Studiosorum Gymnasium Hamburgicum Academicum frequentantium, prædicta EXERCITAMENTA instituissem.

Ad loquelam Gallicam quod attinct, refertur LOQVELA GAL

LICA qualis à LAVDISMANNO corã Illustrib: adhibita fuerit.

LAVDISMANNVS Parisiis, et Biturigib: Galliæ in eloquia illustriũ Gallorũ quomodo intentus fuerit.

fertur à me in Admonitione ad Benignum LECTOREM, *quæ huic Orationi annexa est, quòd eam tardiusculam, claram, & distinctam coram Illustrib: semper adhibuerim: & quòd abruptam, & celerem, & minùs distinctam, & minùs exornatam, qualis est uulgarium Gallorum, semper reprobauerim.*

In quorum autem Regum, & Reginarum Gallicarum, & illustrium Germanorum Gallicè tersè loquentium ELOQVIA GALLICA *attentus fuerim diuersis in locis, docet Admonitio ad benignum Lectorem. Et plerumq; in Seniorum Gallorum pronunciationem lentam, tardiusculam, benè distinctam, & claram, & optimis Florib: Gallicis exornatam intentus fui.*

Quidam Germanus ex Gallia in Germaniam reuersus, cum referret, quòd tunc temporis parisijs fuisset, quando HENRICVS IIII REX NAVARENVS *neci datus fuisset, interrogatus à Gallo? Quelles nouuelles current par là. Quæ Nouitates currunt illic. Insuper ex Germano quærens, et dicens?* LE ROY

est

est il tuè. Est ne Rex neci datus? Respondens et quidem tardiusculè Germanus dixit. Vrayement i l a esté meschament tuè. Verè, et nefariè neci datus est REX. fuit propter pronunciationem tardiusculam reprehensus Germanus. At reprehendendi sunt potiùs DROLI GALLICI nimis celeriter, & abruptè, & minùs distinctè Gallica proferentes.

DROLI nonnulli Gallici propter nimis abruptam pronunciationẽ reprehẽdendi.

Et uti in omnibus actionib: sunt celeres et abrupti Galli: ita sunt celeres & abrupti in ELOQVIO Gallico.

Et dicunt Galli se in facto, Germanos uerò post factum sapere. At plerumq; infacto desipiunt Galli.

BODINVS illeBRODWORSTIVS Gallus (Bodin enim farcimen significat) in sua Republ: appellat Gallos igneos: Germanos autẽ plumbeos. At refutatur BODINVS in suis Absurditatib: à me in consilio meo de Exoticis Linguis, nec nõ in III meis peregrinationis mundanæ DECENNALIBVS, quæ DEO uolente in illustri BREGA in ordinem redigentur, & typis mandabuntur.

BODINVS Gallus à LAVDISMANNO, in Consilio de Exoticis Linguis refutatus

Atq;

Modi nonnulli à LAVDISMANNO in utilitatẽ Studiosorum in Germaniam introducti utiles, atq; utilissimi, in Experientia ipsius cõsistentes.

Atq; hæc de liuidulis DROLIS Gallicis, miseris Gallicæ Linguæ BRODFESSORIB: hoc loco dicere libuit.

Nunc ad specificationem MODORVM mea dirigitur Oratio, ad demonstrandum, in quibus optimi Germani excellant, & DROLI Galli deficiant, & quales MODI STVDENDI ab optimis GERMANIS in GERMANIAM, & Galliam, & Angliam, in fauorem optimorum Germanorum, Gallorum, & Anglorum, & in maximum eorum commodum & emolumentum hoc seculo (quod est seculum scientiæ) & qua literatiorum virorum laude, & commendatione, introducantur.

MODVS docendi, & addiscendi Linguã Gallicã.

MODVS Docendi, & addiscendi Linguam Gallicam infrequentissimo hoc Auditorio Gymnasij Bregensis Academici, latina Oratione explicatur, & uarijs Exemplis declarabitur inferius, & declaratur uarijs Exemplis in Consilio meo de Exoticis Linguis. Declaratur item in ELOQVIIS illustrum Gallorum, & tersæ Eloquentiæ Gallicæ Floreb: qui in

in locos Communes à me distributi in lucem emittentur in illustri Brega, & quidem hoc anno, quæ ELOQVIA *iunioribus Regibus dedicabuntur.*

Modvs explicandi illustrium Symbola

MODVM *latinè,* Gallicè, *et Jtalicè, Theologicè, Ethicè, & politicè explicandi illustrium, &* Generosorum SYMBOLA, *demonstro in Explicatione Illustris, &* Generosi *Domini, Dn.* JOHANNIS VDALRICI SCHAFGOTSCH, *Liberi* BARONIS TRACHENBVRGICI, DOMINI *Hæreditarij in Kynast, &* Greiffenstein: *Dynastæ Kemnitiani* SYMBOLI, *quod inscribitur* VIRTVTE, & FORTVNA.

Anno 1613. 12. Decemb. Iuliani illustris BARONIS Trachenburgici Symboli, in illustri Lipsia à LAVDISMANNO facta explicatio.

Et ex tempore, & sine Dilatione à me 12. Decem: Juliani Anno 1613. in illustri LIPSIA *cum ex Hispanica, Jtalica,* Gallica, Britanica, *et* Belgica *peregrinatione* REDVX *fieret illustris* BARO TRACHENBVRGICVS, Generosi*tatis ipsius Symbolum fuit explicatum, & egregium honorarium ab eius* Generos*itate obtentum.*

Explicatio Symboli illustris Baronis Trachenburgici.

Et tunc ita explicatum fuit à me Generositatis eius symbolum, VIRTVTE, ET FORTVNA, *& quidem breuiter, atq; breuissimè.* VIRTVTES *in Hominib:* DIVINITATIS *sunt Imagines, & Diuinæ Lucis Radij, quibus in hoc mundo illustrantur Generosi, et à minùs* VIRTVOSIS *discernuntur.*

Omnis autem VIRTVTIS *caput est* PIETAS, *(Apostolo teste,) ad omnia utilis. Et hac in æterni* DEI *uera cognitione, & uero cultu consistit.*

Quid autem VIRTVS *&* PIETAS *operetur in illustri, & Generoso* DYNASTA CHEMNITIANO SILESIACO *conspicuum fit.*

VIRTVS *&* PIETAS *in eo tantum, ecit, ut* REGIA PROVINCIA SILESIACA, *& opulenta* TRACHENBVRGIACA DITIO *eum ex Gallia, Italia, Hispania, Anglia, & Belgo reducem habeat saluum, & incolumem.*

Et quamuis Radices VIRTVTIS *illi amaræ*

maræ extiterint, fructus tamen eius jam dulces, & jucundi, dulcissimi, & jucundissimi ei existunt, secundum illud Italicum.

Le Radici della VIRTV, *sono amare, mai frotti dolci.*

Et PIETAS, & MODESTIA & DISCRETIO *faciunt* HOMINES *per omnes plagas mundi percurrere, & quidem sæpius sine periculo, & damno.*

DE DISCRETIONE *autem dicunt Itali.*

La DISCRETION *e Madre della* VIRTV.

DISCRETIO MATER *Est* VIRTVTIS.

D[illegible]CRETIO *autem, & peregrinatio Hominem ab Homine, discretum ab indiscreto, & peregrinatorem à delicatulo Tityro domestico distingunt.*

Et peregrinatione acquiri prudentiam, & experientiam omnium sanioris judicij Hominum unanimis est sensus, atq; conclusio.

Ad FORTVNAM *quod attinet, illa,*

Italicum Dictũ de Radicib: VIRTVTIS, & de eius fructib.

Italicum Dictum de Discretione.

Peregrinatione acquiritur prudentia, & experientia.

Aduersa Fortuna.

quamuis sæpius (intelligo aduersam Fortunam,) peregrinatorem pium exteris in Regnis & prouincijs ex sinistro latere adoriatur: tamen eum non omninò prosternit. Et AVDENTES FORTVNA *iuuat.*

Hispanicum Dictum. HISPANVS *dicit. Al hambre osado la* FORTVNA *le da la mano. Et Dii fortiorib: adsunt, ut pertranseant, ut euadant, ut Reduces fiant.*

Et aduersa FORTVNA *cordati Hominis animum non infringit, secundum hoc Italicum, Cuor forte rompe cattiua sorte.*

Et quemadmodum in aduersa FORTVNA *non nimis remissis, ita in feliciori, & nobis applaudente* FORTVNA *elatis animis esse non debemus.*

MINVTIVS MARCO qualem Doctrinã dederit CORIOLANO. *Et de hac re dedit doctrinam utilissimam* MINVTIVS MARCO CORIOLANO, *uti refert* D. HALICARNASSEVS *lib. 8. de Antiquitatib: Romanis, & quidem his Gallicis florib:*

GALLI- *En cela (dit il) où tu peux d'auantage, & où*

où Dieu te fauorise, comporte t'y modestement, mesnage dextrement, les bienfaicts de la Fortune, se souuenant, qu'il ny a rien de ferme, ny d'arresté au monde.

Car tout ce qui est haut esleué, paruenu au comble, ne peut euiter l'indignation des Dieux, & de rechef est aneanti.

Et hæc Gallica docent, quòd prospera fortuna modestè ferenda sit.

Aliàs Galli dicunt: FORTVNE est souuentesfois plustost fauorable à un Dormeur, & à un rouge de bon temps, quelle n'est pas à un esprit gentil, qui trauaille.

FORTVNA sæpius fauorabilis est potius Voluptuoso, & Delicatulo, quàm homini Generoso, ingenioso, & laborioso.

At prudens Vir ijs rebus, quæ ex FORTVNÆ arbitrio dependent, nunquam animum despondere debet, secundum illud Italicum.

L'huomo sauio, non dee mai perdere la sperāza nelle cose, che dipendono dalla FORTVNA.

Et Aduersi casus tam in peregrinationibus, quàm

CA, docētia, quòd prospera Fortuna modestè ferenda sit.

GALLICA, docētia, quòd Fortuna sæpius voluptuoso, quàm homini ingenioso, & laborioso sit fauerabilis.

Italicum Dictum.

Aduersi casus æquo animo sustinendi.

quàm extra eas nobis obuenientes, æquo animo ſuſtinendi ſunt, & tolerandi.

Et in conſilio meo de mundana peregrinatione à me dicitur, quòd in noſtra poteſtate ſitum non ſit, mutare tempora & Euentus, & quòd cogitandum, & enitendum, ut uitemus, ut præuideamus, ut auerſemur.

Et hæc & quidem breuiſsimè in Explicatione Symboli illuſtris, & Generoſi Domini BARONIS *Trachenburgici, Dynaſtæ Chemnitiani in felicioris ipſius ex* GALLIA, HISPANIA, ITALIA, ANGLIA *& ex* BELGO *reditus gratulationem à me in illuſtri* LIPSIA *non elaborata, ſed ex tempore, die illi[illegible] aduentus compoſita, huic meæ Orationi inſerere uolui, ut uiderent* DROLI GALLICI, *miſeri Linguæ Gallicæ* BRODFESSORES, *qua ratione illuſtrium Symbola latinè, Gallicè, & Italicè, Theologicè, Ethicè, & politicè explicare debeant, ut ex illa explicatione Doctrina aliqua depromi poſsit.*

Hodi-

Hodierni Cæsaris, AMAT VICTORIA CVRAM, *hodierni* REGIS *Angliæ*, IN VTRVMQVE PARATVS, *hodierni magni* DVCIS SAXONIAE, & ELECTORIS SYMBOLVM, SCOPVS VITAE MEAE CHRISTVS, *latinè, Gallicè, et Italicè, Theologicè, Ethicè et politicé,* DEO *uolente paulo post in illustri* BREGA, *antequam* TRIA *mea* DECENNALIA *mundanæ peregrinationis inchoaturus sum, explicabo, et illustrium Gratias et fauores in senili mea ætate magis magisq; experiar.*

Si talem explicationem præstare posset paruus ille DROLVS *Gallicus*, GARNERIVS *in Symbolo hodierni* CAESARIS, & *talem præstare posset parum polonisans, parum Gallisans, parum Iuridisans, & parum poëtisans, & in his ineptiens poëta* BAVARVS *in symbolo magni* DVCIS, *hodierni Electoris* SAXONICI, & *talem in Doctrinis, & Dicterijs præstare posset explicationem in Symbolo magnanimi, pij, atq; pijssimi* DVCIS *pomeraniæ,*

SYMBOLA CÆSARVM, REGVM & Electorum.

GARNERIVS *symbolū hodierni cæsaris rectè explicare nescius.*

BAVARVS POETA *symbolū hodierni Electoris saxonici theologicè, Ethicè, & politicè explicare nesciens.*

CAVTIVS SCRIBA indoctus et ignarus, Domini sui symbolũ explicare nesciẽs.

MODVS frequentãdi parlamenta Gallica.

niæ, DOMINI PHILIPPI Lappenheusericus ille SCRIBA CAVTIVS, & ignorantiæ frater ipsius CVTIVS, qualem præstat Literatior quis Silesius, terrâ mariq́; jactatus, & gratias, & Dona, atq́; munera penes illustres consequeretur, uti consequitur politiori literaturâ inclarescens quis Silesius.

MODVM frequentandi PARLAMENTA GALLICA, publicas illas iustitiæ officinas monstraturus sum optimis Germanis, & Gallis Studiosis IVRIS, in tertia editione Consilij de Exoticis Linguis, in loco Communi de REBVS IVRIDICIS, et in libro, qui Stylus Curiæ Gallicæ Extrajudicialis inscribitur.

Et cum optimis Germanis, et Gallis Studiosi, quædã Vacabula in praxi Gallica, & in parlamentis usitata merita causarum obscura faciant, quò minùs ea intelligãt, illa latinè explico, ita ut omnes Studiosi Iuris eà intelligere queãt.

Quòd in tota Europa tam augusta, & ãpla officina.

Et cum in tota EVROPA tam ampla officina Iustitiæ non reperiatur, qualis est illa Parisiensis, Curia parlamenti dicta, & multi optimi Germani, et Galli Iuris Studiosi publicas Audien-

dien-

dientias illius parlamenti et Curiæ libenter frequentarent, si merita causarum in arduis negotijs, quæ ibi quotidie tractantur, intelligere possent, in eorum commodum, modum frequentandi parlamenta Gallica ijs, in supradictis Libris meis ostendere uolui, & quidem ex sincero amore.

Iusticia non reperiatur, qualis reperitur in parlamẽto parisiensi.

MODVM coram illustrib: latino, & Gallico Idiomate in publicis & priuatis Audientijs proponendi, & deducendi COMMISSIONVM causas, monstraturus sum juniorib: Doctorib: & Licentiatis IVRIS, alijsq; politicis, in libro meo, qui intitulatur COMMISSIONVM coram illustribus doctè & aptè expediendarum PROCESSVS.

MODVS coram illustribus proponẽdi, & deducendi causas politicas.

Et cum in curia magni, & potentis DVCIS LOTHARINGIAE uiderem juniores nonnullos Doctores & Licentiatos pueriliter admodum & minùs doctè, & minùs aptè causas proponere, & deducere, ijs modum insinuandi, & proponendi causas communicare uolui per publicum scriptum.

MODVS peregrinandi.

MODVM PEREGRINANDI *demonstraturus sum optimis Doctrinis & Præceptis latino, Gallico, & Italico idiomate expressis in consilio meo de* MVNDANA PEREGRINATIONE, *quod in illustri hac* BREGA *typis mandari curabo.*

In eo Consilio docebitur, qua ratione juniores principes, BARONES, *Nobiles & patricij Germani peregrinationes commodè instituere, eas sæpius continuare, nec non eas abbreuiare debeant. Et qua ratione exteris in terris, & prouincijs* LABIRYNTHI *euitandi sint, in quos nonnulli ex imprudentia, nonnulli ex malitia incidunt.*

Modus scribēdi Epistolas.

Quantum ad MODVM *scribendi Epistolas Gallicas, percipiunt eum optimi Germani Studiosi, ex* EPISTOLA *mea Gallica, Anno 1686. Lutetiæ Parisiorum typis mandata, à me Illustrissimo principi, & Domino, DN.* FRIDERICO, *sacri Romani imperij principi, & principi Laudatissimo, inscripta, continens Narrationem uariarum rerum. Et*

dicta-

dictaturus sum Auditorib: & Discipulis meis egregia aliqua Exordia, & Epilogos Epistolarum Gallicarum, ad imitanda ea in Gallicarum literarum scriptione.

Et nihil omninò in studio Linguæ, Gallicæ deficiet ijs, qui per annū Exercitamenta mea Gallica, in illustri hoc & Ducali Gymnasio Academico diligenti studio sunt frequentaturi.

Diligentes, & assiduos annuos Discipulos in studio Linguæ Gallicæ desidero, non eos, quorū initium feruet, medium tepet, & ultimū friget.

Tot, & tales modos, & tam optimos, & tam utiles non facilè demonstrabit GARNERIVS GALLVS, *miser Gallicæ Linguæ* PRODFESSOR, *& eos nunquam est demonstraturus parum polonisans et parum Gallisans poëta* BAVARVS, *nec eos demonstrabit superbus ille, & indoctus* CAVTIVS SCRIBA, *& ipsius Frater, Frater ignorantiæ* CVTIVS, *& quidem propter inscitiam, & ignorantiam, & in eo deficientem Experientiam.*

GARNERIVS.

BAVARVS POETA.

CAVTIVS SCRIBA.

Modvs Studendi jura.

Quantum ad modum studendi jura, illum optimis Germanis Studiosis Iuris demōstraui, in consilio meo de Exoticis Linguis, raro, atq; rarissimo, et eum amplius demonstraturus sum in III meis Decennalib: mundanæ peregrinationis, in loco communi de Academijs Germanicis, & Gallicis, et in CAMERALIBVS *Spiræ in Augustissimo imperialis cameræ judicio à me diligenti Studio notatis.*

His ita præmissis modum docendi, & discendi linguam Gallicam aggredior.

Nihil autem hîc dicturus sum de jucūditate, de Vtilitate, & necessitate Linguæ Gallicæ, nihil de Ætatibus Linguarum, & nihil de Generibus dicendi, cum de ijs in Consilio meo de Exoticis Linguis, quod ab Augustissimo quodā Duce Silesiaco (uti relatio fit in Admonitione ad benignum Lectorem*) æquiparatur eleganti horto, satis, superq; dictum fuerit.*

Tvrcæ quid dicant de Viro, multas Linguas callente.

Saltem hoc repeto, quod Tvrcæ *dicunt. Quòd quis tot præstet Viros, quot calleat Linguas.*

De ornamento hoc repeto, et dico. Vti Rosæ exornant paradysum, ita exteræ Linguæ condecorant

corant hominem politicum.

De Vtilitate hoc dico, illā Linguam Gallicā, multum utilitatis mihi attulisse.

Et si scirent optimi STVDIOSI, *quanta Ornamenta, et quanta commoda illis ex studio Exteràrum Linguarum obuenire possent, summo conatu & industria illi inuigilarent.*

Facit illa, ut exteris Linguis exculti, faciliùs in Regū et principū Curias recipiātur, et ad mēsas illustriū, propter conuersationē admittantur.

Ad officium (cui Dignitas annexa fuit nō minima) ante hac in aula illustri Montisbelgardica rescriptus non fuissem, si linguam Gallicam non calluissem.

Ad COMMISSIONES *penes illustres expediendas admissus non fuissem, si Linguæ Gallicæ ignarus fuissem.*

Peregrinationem Anglicam instituere non potuissem, si Gallica ignorassem. Quia pleriq; Gallicè loquuntur.

PEREGRINATIONEM *Gallicam diuersis in prouincijs instituere non potuissem, si Gallicæ Linguæ egregia initia non habuissem.*

Curiam

Curiam Regiam Gallicam & parlamentum Parisiense frequentare tanta utilitate, & commodo non potuissem, si studio Linguæ Gallicæ non addictus fuissem.

In illustri ARGENTINA *tot notabiles summas pecuniarum per 12. Annorum spacium per commissiones, tempore Belli lucrari non potuissem, si Eloquium Gallicum mihi defuisset.*

Dicunt nonnulli Lappenheuseri, quid mihi cum Lingua Gallica, cum Lingua Italica negotij est? Sufficit mihi Latina & Germanica Lingua.

At multum negotij mihi est cum Lingua Gallica, & cum Lingua Italica. Quia multum ornamenti mihi attribuunt & multum commodi conferunt istæ duæ Linguæ. Professione enim Gallica in illustri HAMBURGO, *uel inclyto Amstelodamo Holandico sexcentos Taleros annuatim lucrari, queo informatione 30. Discipulorum.*

Quòd autem prius Lingua Gallica, quàm Lingua Italica addiscenda sit, ratio in meo

const-

consilio de Exoticis Linguis redditur.

Quòd uerò non nimis sit Gallisandum, nec nimis Italianisandum, hoc de Linguis, non uitijs Italorum, & Gallorum intelligendum.

Aliàs dicitur Italicè de Germano homine nimis Italianisante.

TEDESCO ITALIANATO, DIAVOLO INCARNATO.

De pronunciationis differentia inter has duas Linguas, Gallicam & Italicam, & quòd Gallica sit effæminata, Italica uerò Virilis, in meo Consilio demonstraui exemplo illius, qui VENETIAS, uel Venetorum Rempub: non uidit.

Gallus dicit effœminatè.

VENISE qui ne la ue, ne la prise.

Et hæc effæminatè, & dulciter proferuntur.

Italus dicit.

VENETIA, qui non ti uede, non ti appretia.

Venetias qui non uidit, non prædicat. Et hæc Italica non effæminatè, sed masculè, et uiriliter pronunciantur.

Non nimis Gallisādū, nec nimis Italianisandū esse, quomodo intelligatur.

Italicum Dictum.

Quæ differentia sit in prōnūciatione inter Linguā Gallicā, et Linguam Italicam.

Italus de VENETORVM VRBE non visa quid dicat.

Italicũ, Dictum. *Aliàs italicè dicitur.* *Qui non ha uisto L' Italia, non auisto niente.* Italiam qui non uidit, nihil uidit.

Admonitio LAVDISMANNI ad Studiosos ad peregrinationes suscipiẽdas De cognatione linguarum in hac mea, oratione nihil dicitur, cum illa uarijs exemplis in Consilio meo sit demonstrata.

Nunc exhortor omnes STVDIOSOS, et quidem sincero corde, ut Linguam Gallicam & Italicam, aliasq; Linguas Exoticas addiscant. Et peregrinationes ad acquirendam prudentiam, & experientiam suscipiant, & ut à Tityris domesticis distinguantur.

Peregrinatio & experiẽtia distinguit hominẽ ab homine. Peregrinatio & experiẽtia (uti alibi dico) distinguit hominem ab homine. Et omnium sàniorum judicio modus acquirendi prudentiam, & experientiam, est peregrinatio.

Viuum Exemplum habemus Germanici, Italici, Hispanici, Belgici & Anglici peregrinatoris in illustri et Generoso Domino SCHAFGÕTSCH, Dynasta Chemnitiano, & in Strenuo, & nobili Domino LÖWEN, qui meæ Orationis attentus Auditor est, recens ex Gallia, Italia, Hispania, Anglia, et Belgo redux factus,

qui

qui propterea Illustrissimo, & Augustissimo nostro DVCI *gratus, & acceptus est, quòd exteras Linguas calleat.*

Quàm jucundum autem sit in mensis illustrium exteris Linguis & idiomatibus de Exteris Rebus cum illustribus doctè conferre posse, hoc sciunt illi Literati, qui quotidiè ad mensas illustrium uocantur, & qui in diuersis, & exteris Regnis, & prouinciis optimè peregrinati sunt, & qui exteras Linguas callent.

Peregrinatio multum doctrinæ, & experientiæ confert Homini politico.

Ad CAVTIVM, *& Ignorantiæ ipsius fratrem* CVTIVM, *hominem nihil expertum, & qui præter superbiam nihil scit, Pomeranico idiomate dicendum est. Hienaut, hienaut. Misniaco idiomate uerò ei dicendum* Hienaus/ hienaus Haußhammel/der Popel wirdt dich hinder den Welschen Bergen nicht fressen/ Wie er andere nicht gefressen hat.

Refuto hîc parum literarum & claudicantem Hospitem Lipsicum, qui aliquando dixit in

Viuum Exēplū optimi peregrinatoris.

Iucundū in mēsis illustriū exteris Linguis de rebus exteris conferre posse.

CAVTIVS *& ignorantiæ frater ipsius* CVTIVS *ad peregrinationes admonetur.*

Refutat LAVDISMANNVS *Hospitē*

Lipsicũ dicentẽ, exteris Linguis exteros, et prauos mores in Germaniam introduci.

in illustri Lipsia, peregrinationib: et exteris linguis introduci à Germanis in Germaniam exteros, & improbatos mores.

Et respondeo illi. Quòd VIRTVOSVS GERMANVS inter Virtuosos Germanos, Virtuosus GALLOS, Virtuosos Italos, Virtuosos Hispanos, & Virtuosos Anglos semper maneat Virtuosus, & eos mores assumat inter exteros, qui ciuiles sunt, qui probati sunt, & qui hominem politicum exornant, & condecorant.

Nonnulli Poëtæ BAVARI inter prãdendum, et cænãdum Ruckutiãtes à TAUBmannis taxati.

Nonnulli BAVARI (quorũ mores TAVBMANNVS taxauit) inter prandendum, & cænandum roccutiant, & eructant, & hos mores inter polonos vulgares in polonia assumpserunt. Nonnulli Galli sunt admodum inciuiles. In conspectu alicuius honestæ Virginis in publico loco mingunt. Tales mores in Germaniam introducendi non sunt, cum sint mores eorum, qui Pengelofski appellantur.

Curtesia politiorũ Turcorũ imitãda.

Primariorum, & Politiorum polonorum MORES, & CVRTESIAE, uti & politiorum Turcorum, Gallorum, Italorũ, & Hispanorum

norum mores imitandi ſunt, & in Germaniã introducendi.

Aliàs dicitur. Quòd Galli ſint manſueti, Germani Cauti, Itali prudentes, Hiſpani inſolentes. Quod autem Hiſpanus in duplo loquatur, docet hoc prouerbium italicum.

Chi dice Spagniuolo, dice duolo. — ITALICVM DICTVM de Hiſpano in duplo loquẽte.

Simpliciter loquuntur Germani. Et dixit aliquando illuſtris VIR, IACOBVS CVIACVS, *Iuris peritorum, & Gloſsatorum Gallicorum meo tempore in Regno Galliæ primarius, & mei in illuſtri Bituricenſi Galliæ Academia in aſsumendo Licentiatus Gradu promotor.*

La parolle d'un ALLEMAN, *uault une obligation. Sermo Germani inſtar eſt obligationis.* — Gallicũ, docens Germani ſermonẽ inſtar eſſe obligationis.

Et alibi refero de Belleforest Gallico Authore, quòd dicat, quòd Germanorum Linguæ, & corda pari paſsu ambulent. Dicit enim de Germanis. — Germanis quæ attribuat BELleforest Gallicus Author.

La iuſtice, & le droict, la Verité conſtante:

Gisent en leurs esprits, et leur langue n'attante,
De rien faindre, ou farder auec quelque couleur.
Marchent tousiours ensemble la LANGVE, & le COEVR.

Et dico alibi. Quòd mirum sit, quòd hoc non attribuat Gallis, cum sit Gallus.

Quòd autem illud Nationi suæ non attribuat, alibi dicitur, & ratio declaratur.

Quo modo et quo ordine LAVDISMANNVS Linguā Gallicam in illustri Brega docturus sit

Nunc ad demonstrationem in hac mea Oratione peruenio, qua ratione, & qua uia, & modo in Ducali hoc BREGENSI Academico Gymnasio Linguam Gallicam docturus sim.

Primo explicaturus sum FIGVRAS, quæ εὐφωνίας, & jucundioris pronunciationis gratia in eleganti, atque elegantissimo Idiomate Gallico adhibentur.

Item quæ literæ luxuriantes sint, & superfluæ, & in pronunciatione uitandæ.

Item quæ Vocales in concursu Vocalium omittendæ sint, ut hiulca earum uitetur uox.

PRIMA

PRIMA FIGVRA & primus TROPVS in Lingua Gallica frequens, dicitur APOSTROPHVS. FIGVRÆ in idiomate Gallico usitatæ. APOSTROPHVS.

Exemplum APOSTROPHI dedi in illustri LONDINO Anglico, & in inclyto Amstelodamo Holandico tale, ita Gallicé sonans. Exemplum Apostrophi

La plus grand' part de ces FRANCOIS, qui es ACADEMIES GERMANICQVES informent en la Langue Francoise les Escoliers ALEMANS, corrumpent iceux en la puritè de la langue latine. Id est.

Maior, siue maxima pars eorum Gallorũ, qui Germanos Studiosos informant in Lingua Gallica, eos corrumpunt in puritate linguæ Latinæ.

Varia Exempla Apostrophi sum daturus in Lectionib: meis, et Exercitamentis Gallicis.

Quomodo autem differat SYNALEPHE ab Apostropho aliquando dicetur.

ALTERA FIGVRA, & TROPVS in Lingua Gallica usitatus est, & dicitur SYNCOPE. SYNCOPE.

Exem-

Exemplum illius dedi in illuſtri Lipſia meis Auditoribus de Spiritu ſancto, quod ita ſonat.

Exemplũ ſyncopes, de Spiritu ſancto.

Le Sainct ESPRIT *nous uueille aſſister, & nous conſoler, quand nous ſerons conſtituez en la derniere periode de noſtre Vie. Latina mea explicatio ſic ſonat.*

Spiritus ſanctus nobis uelit aſſistere, & nos conſolari, quando conſtituti erimus in ultima uitæ noſtræ periodo.

Et Gallica de uerbo ad uerbum ideo explico, ut illuſtres, eminentiſsimi, & ſpectatiſsimi Auditores in nobiliſsima hac corona intelligant, quanta Linguæ Gallicæ cum lingua latina, uti matre, & cum lingua Græca, cuius Gallica Lingua eſt æmula, cognatio ſit.

Explicatio latina.

Le Sainct ESPRIT, SPIRITVS SANCTVS, *nous uueille aſſister, nobis uelit aſsistere, & nous conſoler, & nos conſolari, quand nous ſerons conſtituez, quando conſtituti eririmus, en la derniere periode, in ultima periodo, de noſtre uie uitæ noſtræ. Et hac ratione, & terſa latinitate explicanda ſunt egregia*

Dicta

Dicta Gallica, & eo modo adhibita pura latinitate explicandi sunt Auditoribus, & Gallicæ Linguæ Discipulis textus Gallici, ex quibus egregia aliqua Ethica, & politica Doctrina depromitur.

Textus Gallici, qua ratione Gallicæ Linguæ Discipulis explicandi.

Et quàm facilis sit in iuniore, et nobili Adolescente Germano, Magistræ Aulicæ filio pronunciatio Linguæ Gallicæ, apparebit, & manifestum in illustri hac corona fiet postea in loco communi de mensa, in benedictione mensæ, uel precatiuncula in benedictione mensæ Gallicè adhibenda. Alia et plura eximia Exempla SYNCOPES *daturus, et tersa latinitate explicaturus sum Auditoribus meis, & Discipulis.*

Et hac ratione Linguam Latinam, cum Lingua Gallica addiscent, & exercebunt, uti fiet in illustrium Gallorum Eloquijs, & in locis communib: conuersationi Ciuili inseruientibus, & alijs egregijs doctrinis Ethecis, & politicis.

Lingua latina cũ Gallica, qua ratione exercenda.

Quòd autem SYNCOPE *locum habeat in*

SYNCOPE in quib: locũ habeat.

præ-

præteritis imperfectis Optatiui modi Exemplis declaraturus sum.

Vt exempli gratia, quando dicit, quis uilipendens rem aliquam.

Ie n'en donroi pas une maille.

Illud non obulo quidem emerem.

Et elegantiùs dicitur Gallicè donroi, quàm donneroi.

Et quòd locum habeat in Futuris Indicatiui modi, Vt donra. pro donnera, dabo. Amerra pro ammenera adducam.

Et quòd in quibusdam Figuris exteratur, & elidatur E. Vt Enuoiray, pro enuoyeray. mittã.

Quòd autem in Dictione Gallica PROFAS Apocope sit, nullum est dubium.

In Dictione Gallica PROFAS Apocopẽ esse dicitur.

PROFAS MESSIEVRS. PROFAS, quasi pro uous face, & sub intelligitur ce, que uous manges, & beuez.

Vtile uobis sit, uel proficiat uobis, id, quod commeditis, & bibitis.

APOCOPE.

APOCOPE. Hæc figura in quibusdam compositis adhibetur. Vt Doreneuant, pro D'ores en auent. id est Nunc, & in posterum.

Et

Et docebitur, quòd abbreuientur sequentia.

C'est yuer. Hyems. pro C'styuer.

A' ceste heure. pro A'stheure. Hac hora.

Cstepé, pro c'est espé. Hic gladius.

Et dictabitur exemplum hoc. C'est un Bourgeois de ceste uille de paris. Et quòd elegantiùs dicatur C'est un Bourgeois d'este uille de paris, quàm de ceste uille de Paris.

SYNERESIS. *De Auxilijs Hispanorum tardis.*

SYNERESIS autem, quòd in dictionibus sequentib: locum habeat, et quòd à συναιρεῖν *à contrahendo dicatur, docebitur.*

In his Dictionibus locum habet SIÑERESIS, iournèe. Vnius diei iter, Et significat etiam Dictio iournèe, prælium, & prouerbiali locutione dicitur.

Le Secours d'espaigne, trois iours apres la iournée.

Serum, siue tardum Hispanorum auxilium, tribus post prælium commissum elapsis diebus obueniens. Et dicetur, quòd magna differentia sit inter hæc duo vocabula. pense, quæ dictio signi-

ficat uentriculum, & pensée, quæ dictio cogitationem significat. Et exemplo Lotharingici cauti, et astuti declaratur.

De cauto, & astuto Lotharingico.

C'est un fin LORRAIN, *il ne dit pas sa pensée. Astutus, & cautus est Lotharingicus, animi sui cogitata non aperit.*

Et hoc loco, et hac significatione dicitur pensée, & non pense.

Quare autem procuratores & pladeratores plerũq; obæsa habeant uentricula alibi dicitur.

His itaq; prælibatis, quæ de FIGVRIS, & TROPIS *necessariò dicenda sunt, per singulas Alphabeti literas discursus fiet, & in singulis literis asteriolis notabuntur à Tijronib: Linguæ Gallicæ, quæ literæ in Dictionib: Gallicis omittendæ sint in pronunciatione. Et hoc uarijs Exemplis manifestum fiet optimis auditoribus, & Gallicæ linguæ Discipulis.*

LITERÆ, quæ in Dictionib: Gallicis omittēdæ.

A

Et quòd litera A nullam pariat difficultatem, docebitur in litera B. docebitur, quòd in his Dictionibus: litera B. in pronunciatione omittenda sit.

In

In dictione plomb, in cuius dictione asteriolis assignatur & notatur, quòd litera B. in illa dictione plomb, quæ plumblum significat, in pronunciatione non adhibenda sit.

Insuper docebitur, quòd in Dictionib: Gallicis dessoubs, & dessus, supra, & infra, magna sit differentia. Et ne unum pro altero assumatur. Vt dessoubs la table. Infra mensam. Dessus la table. Supra mensam.

C

In litera C docebitur de Ç caudato, et quòd illud pronuncietur tanquam duplex ss. Ç caudatum est in dictione leçon, quæ lectionem significat. Vt quando parisijs, vel alibi in Gallia Germanus Studiosus quærit ex Hospita sua, num in Collegio Nauareno in Academia pulsatum fuerit ad lectionem, dicit.

MaDame a on sonné à la leçon?

Pulsatum ne est ad Lectionem.

LVTECIA parisiorũ quomodo antiquitùs appellata fuerit.

In eadem litera C docebitur, quòd antiqua Dictio Gallica LVTECE non caudetur. Et quòd antiquitùs Ciuitas parisiensis dicta, et appellata fuerit LVTECE. Et quòd magis antiquũ

uoca-

uocabulum sit LVZ. *Et ita dictus fuerit pagus, ex quo* LVTECE, LVTETIA *Parisiorum extructa fuit, quæ hodiernis temporib: distinguitur in tres partes:* LA CITE', L'VNIVERSITE'. & les FAVLXBOVRGS.

Quòd autem Academia Parisiensis omnium Academiarum totius Europæ primaria 48. Collegia contineat, dicetur à me in III. meis DECENNALIBVS *mũdanæ peregrinationis, in descriptione Singularitatum, & particularitatum Ciuitatis Parisiensis.*

Semper inter docendũ miseri Gallicæ Linguæ BRODFESSORES Notabilia quædã de personis, et Rebus (uti faciunt Germanici BROFESSORES) Auditorib: suis dictare deberẽt.

Quòd autem hoc non faciant in causa est illorum ignorantia. Et multùm informant, & delectant Auditores, & Lectores.

D *In litera D docebitur, quòd litera D. in pronunciatione sit omittenda. Exempli gratia quando dicitur.*

Il à esté adiournné au PARLAMENT *de* PARIS.

PARIS. In ius uocatus est in PARLAMENTO PARISIENSI.

Plura Exempla dictaturus sum in singulis Alphabeti literis.

In litera E docebitur, quòd E sit Breue, et E durum. Item quòd E sit masculinum, & E fœmininum. E

Et quòd Dictio PERE breuiter proferenda sit. Vt quando dicitur. Monsieur mon pere m'a commande cela. Dominus parens meus iniunxit mihi hoc: il luy faut obeir. Oportet illi obedire. Dictio pere breuiter proferenda.

Et ita dicit bonus, probus, & modestus filius, improbus, & peruersus filius hoc non dicit.

In Dictione PORTE, quæ ianuam significat, docebitur, quòd illa breuiter sit efferenda. Vt quando Gallus dicit ad famulum uel seruū à pedibus. Dictio porte breuiter proferenda.

LAQVAY fermez la porte. Ianuam claudas famule. Dictionem porte breuiter pronunciat Gallus.

At porté portatus, duriter profertur. Vt quando dicitur. Qui est porté au uentre de sa

mere

mere. In utero matris ipsius portatus.

In hac litera E Dictio pensée (in qua Syneresis est, uti supra dictum) quæ cogitationem significat, & Dictio pense, quæ uentriculum significat, explicabitur.

Inter cætera informabitur Tyro & Discipulus linguæ Gallicæ, quod ARTICVLVS Le breuiter, & abrupté pronunciandus sit.

Quòd Articulus Le breuiter, & abruptè pronũciandus sit.

Vt quando ad quendam panem decorticantem Gallico idiomate dicitur.

Il ne faut pas escorcer le pain.

Non oportet panem decorticare, uel corticem illi adimere.

Reprehensio Gallica, ad eum qui panem decorticat.

Et hoc frequenter faciunt Galli.

Qualis autẽ differentia sit inter hæc duo uerba pécher, et pecher. quorum unum piscari, alterum peccare significat, in litera E docebitur.

Et quòd litera E tanquam A in Dictionib: nonnullis pronuncianda sit, Exemplis declarabitur.

In Dictione GENTIL litera E pronunciatur, uti A. Exempli gratia, quãdo dicitur Vn

Gentil

Gentil esprit. Generosū, et excellens ingenium, Virtutum flammis incensum, quale conspicitur in iuniore nostro DVCE BREGENSI, DOMINO GEORGIO, AVGVSTISSIMI DVCIS nostri BREGENSIS, DN. JOHANNIS CHRISTIANI Herili, & natu maiori filio, cui propter Generosum, atque generosissimū ingeniū, Virtutū flammis incensum, et expledescens, et uarijs indicijs in ipsius pueritia se manifestans, hoc, quod sequitur à NOBILI, et DOCTO DN. SEBOTTENDORF, ipsius Aulæ Magistro compositum, & ei applicatum est, quod in uexillo, in quo Æthna mons Siciliæ, perpetuo incendio clarus, depictus est, legitur, ita sonans.

De Iuniore DVCE BREGENSI ingeniosissimo, DOMINO GEORGIO, quid dicatur.

D'VN GENTIL DESIRA' VAMPO.
IN BGIRD, ZVCHT, VND TVGENT FEIN.
MIR BRENNET GANTZ DAS HERTZE MEIN.

Aliàs dicitur Gallicè.

Gentil Esprits, qui auez &c. Macti ingenio este cœli interpretes.

In Dictione L'apprentisage, quæ Tynocinium significat, & in Dictione apprentief, quæ Tyronem denotat, litera E uti A pronuncianda est. Et Exemplo hoc Lotharingico explicabitur.

Marchio Lotharingicus pontamossanus.

MONSIEVR LE MARQVIS du pont, estoiet alors un apprentief de la Guerre, quand le DVC de GVYSE uient auec ses trouppes uers MONTBELIARD.

DOMINVS MARCHIO Pontamossanus, tunc temporis, quando DVX Guysius cum cohortibus suis militarib: MONTISBELGARDVM uenit.

Quo Anno LAVDISMANNVS COMMISSARIVS MONTIS BELGARDICVS penes Hẽricum Guysium Tyrãnũ extiterit

Factum autem hoc est Anno 1587. mense Decembri, quo tempore periculoso atq; periculosissimo penes Guysium Tyrannum implacabilẽ, cum extremo uitæ meæ periculo MONTISBELGARDICVS extiti ego COMMISSARIVS.

Ad dictionem REMPAR peruenio, quæ Dictio munimẽtum significat.

Hoc in loco commendo Geneuensium diligẽtiã, quòd tẽpore belli diligenter uisitent munimẽta, vel loca Ciuitatis munitiora. Ceux

Ceux de Geneue, uisitent diligemment les Rempars de la uille.

Diligentia Geneuensium.

Quoties tempore nocturno, tunc, quando Guysius Tyrannus Ditiones Montisbelgardicas hostiliter inuasit, rondarim, siue circumjuerim Montisbelgardum, sciunt omnes, qui tũc temporis præsidiarij milites in illustri Montisbelgardo extiterunt, cõstãtes, et immoti Viri.

Quoties rondauerit, uel intra muros circũ iuerit

Et notum fuit Domino Beauieux Gubernatori, & Domino Wilhermino, & Domino VIROTO *(Bandelier.) signifero, & Domino* BENNINGERO, *& Dn.* THEVENOTO. *In vocabulo Trenche, quæ fossam significat, docturus sum Exemplo Gallico.*

LAVDISMANNVS tempore obsidionis Guysicæ, Ciuitatem Mõtisbelgardicã.

Quòd Hostes SABAVDI GENEVAE *usq; ad fossam excurrerint.*

Quòd Sabaudi hostes Geneuæ usq; ad fossã excurrerint

Les ENNEMIS, *sont uenus jusques sur la trenchée de la Ville.*

Et in hac Dictione docebitur, quod litera E uti A pronuncianda sit.

Dictio Trẽchée

La trenchée fossa est, quæ intra muros Ciuitatis est, parum eleuata.

Dictio Bouleuer F

Vn bouleuer autem dicitur propugnaculum Ciuitatis.

In litera F docebitur, quòd, ut differentia constituatur in pronunciatione in his Vache, quæ Dictio uaccam significat, & faché, quod iratum significat Litera V in Dictione Vache leniter, in uerbo faché litera F duriter pronuncianda sit.

Dictio Vache, & participium Fachè, quomodo pronũciandum.

Exempli gratia, quando dicitur. Ce'st une uache sterile. Sterilis est uacca. Vel c'est une uache à laict. Est uacca lactaria. Litera V leniter pronunciatur.

Sed quando dicitur. Je suis bien fachè. Valdè irascor. Hoc in loco litera F duriter effertur.

Dictio fille. Et Dictio Ville quomodo pronũcianda, & quæ sit differentia in pronunciatione inter eas.

Et quòd in his Dictionibus fille, Filia, et Ville, Ciuitas ratio pronunciationis habenda sit docebitur.

Vt quando dicitur. C'est vne belle Ville. Elegans est Ciuitas. Hîc litera V leniter effertur. At quando dicitur. Cest une belle fille. Elegans, & formosa est puella.

Hîc litera F duriter enunciatur, & profertur.

In

In Dictione Ciuitatis à nonnullis Differentia cõstituitur. Roma Vrbs dicitur, nõ Ciuitas. Et Lutetia Parisiorum propter summam amplitudinem V R B S *appellatur.*

Quod inter Ciuitatem & Vrbem Differētia cõstituenda.

Aliàs de populosa, atq; populosissima, et amplissima L V T E T I A *Parisiorum dicitur, quòd Vrbs uel Ciuitas non sit, sed sit mundus.*

In litera G *docebitur, quòd nonnulli in his Dictionib: Compagnon. Socius, Allemagne,* Germania, *trahant literam* G *ad Vocalem præcedentem, sic* Compag-non. *Allemag-ne: at rectiùs literam* G *ad subsequentem consonantē referri. Sic* Cõpa-gnon. *Allema-gne dicitur. Igitur largiore Spiritu, & ore deductiore pronunciandæ sunt hæ duæ Dictiones.*

G

Dictio Compagnon.

Dictio Allemagne.

Exempli gratia, quando dicitur de bonis socijs. Qui n'ont qu'un pot, & un feu, grans Compa-gnons.

Boni socij sunt illi, qui una ulla, et uno igne utûntur.

Boni socij qui dicantur.

Exemplum in Vocabulo Allema-gne proponetur hoc.

Gallicū, docens, quòd in Germania reluceat principalior pars Coronæ Imperij occidentis.

LAPPENHEVSEI nulla egregia Exempla Discipulis suis dictātes.

En Allema-gne reluict la principale piece de la couronne de l'Empire d'occident.

In Germania relucet principalior pars coronæ Imperij occidentis.

Item in ea litera ponitur à me Exemplum, quo dicitur, quòd multi uiuant in Germania, at singularitates eius ignorent.

Talia Exempla LAPPENHEVSERI nonnulli, miseri Gallicæ Linguæ BRODFESSORES, inter docendum non dictant suis Auditorib: et Discipulis. Quia talia ignorant.

Jn litera G docebitur, quòd litera G non pronuncietur in dictione Besoing. Exempli gratia, quando dicitur.

Il est besoing de se haster, & auancer.

Maturato opus est.

Et quòd in uerb. cognoistre, cognoscere, litera G non pronuncietur. Et exmplo hoc declarabitur.

Dictum Gallicū.

Il fault cognoistre, deuant qu'aimer.

Oportet prius sales familiaritatis consumere, quàm se inuicem amare.

In

In litera H docebitur, quòd litera H in his Dictionib: sine aspiratione pronuncietur.

Honneur. Honor. Vt quando dicitur.

Cela touche mon honneur.

Hoc honorem meũ, et æstimationem tangit.

Honnesté. Honestas.

Exempli Gratia, quando parisijs à Nobili Dn. Gosio Parisiensi, ad Cœnã in ædib9 Dn. Capitanei de la Riuiere ipsi9 fui interpellat9, dixi.

Dominus Gosi9 Parisiensis, MONSIEVR de Goy dictus.

L' Honnestetè de Monsieur de Goy, me contrainct de soupper ceans.

Honestas, siue Curtesia Domini Gosij, me impellit, & mihi iniungit, ut cœnam capiam cum eo hoc in loco.

In litera H docebitur, quòd litera H in his uehentiori Spiritu pronuncietur.

Exempli gratià. Quando dicitur.

C'est un cheualier preux, & Hardy.

Fortis & intrepidus Eques, qualis aliquando fuit in illustri Montisbelgardo quidam Tityrus Domesticus, sur sa porte Hardy, & uaillant. In ædiũ suarũ ianua, et limine, uiribus

EQVES in limine ædium suarum fortis, & intrepidus.

bus audax, atque audacissimus.

Et quando aliquis nimis est audax, appellatur in eo illa Audacia.

Hardiesse fort temeraire, & outre cuidée, prorupta audacia.

In litera I docebitur, quòd nomen SALVATORIS nostri IESV CHRISTI sibi ilante uoce pronunciandum sit, ut pleriq; Doctiores Galli faciunt. Et pro IESVS CHRIST, dicunt ISCHESV CHRY. Et omittunt S, et T.

Et initium precationis à militib: præsidiarijs Gallicis in illustri. montisbelgardo, in arce tempore inuasionis Tyrannicæ GVYSIANAE ad Deum quotidiè habitæ, tale fuit.

O Dieu tout puissant & tresmisericordieux, pere de nostre Seigneur IESV CHRIST, puis que par nostre souuerain Chrestien Magistrat nous sommes appellez, à fin de ueiller, & combatre contre Nos Ennemis. etc.

Omnipotens, et misericors Deus, pater Domini nostri IESV CHRISTI, siquidem à supremo pio, & Christiano nostro Magistratu inter-

prorupta Audacia

I Nomen Saluatoris nostri IESV CHSISTI sibillãte uoce Gallicè pronunciandum.

Initium precationis Gallicæ, præsidiarijs militib. Montisbelgardicis præscriptæ.

interpellati simus, & uocati ad uigilandum, & dimicandum cum aduersarijs, & Hostib: nostris &c.

Et non dicitur IESV CHRIST, *sed* ISCHESV CHRY.

Quando autem hæc uerba proferenda sunt, Le uray sang de CHRIST. *Verus sanguis* CHRISTI, *dicendum est Vray sang de* CHRIST, *& non de* CHRY.

In litera L docebitur, quòd litera L in dictionibus in pronunciatione omittatur.

In impersonali oportet dicitur. Il fault, oportet. Et L in pronunciatione omittitur. Et dicitur I fault. Et non Il fault.

Et hoc Elegantia Linguæ Gallicæ non admittit.

In Dictione Oultre lesquels dicitur, & pronunciatur Outre leques. Vltra quos.

Et in singulis Dictionib: asteriolis, & duobus punctis ab initio Tyro Linguæ Gallicæ notabit, quæ literæ in singulis Dictionibus omittendæ, & in pronunciatione euitandæ sint.

In his uerbis gallicis, exemplum est omissionis literæ l.

Vt quando quis quærit, qui sit ille, qui januam pulsat. Et dicit Gallicè.

Qui est ce, qui pouïse cest huycy.

Qui est ille, qui pulsat hanc januam.

In Verbo pouïse, litera l. omittitur, et dicitur Gallicè, pouse, & non poulse.

Quòd autem in Dictionibus nonnullis efferatur litera L. exemplis declarabitur.

In Dictione poulpitre, pulpitum.

Dictio coulpaple *In dictione coulpable, culpabilis.*

Vt quando dicitur. Il est coulpable en cest endroict Ille hac in re culpabilis est.

N *In litera N docebitur, quòd litera N in uerbis non pronuncietur. Ayment Amant. Et pronunciatur Aymet, & non Ayment. Diesent Dicunt. Et pronunciatur Diset, & non disent.*

Dictio Mignon. *Ponetur à me Exemplum in primariæ authoritatis Aulico, qui Mignon dicitur in aula Regis Galliæ. Et dicitur mignon du Roy.*

Quasi

Quasi pullus Iouis, primæ Authoritatis aulic9.
Et pronunciatur MIGNON, quasi litera N scripta esset ante G.

In litero O nulla dantur Exempla, cum illa, uti litera A nullam pariat difficultatem Gallicæ Linguæ Tyroni. O

In litera P docebitur, quòd litera P in his non pronuncietur. P

Compte Ratiocinium. Escripre. Scribere. Et pronunciatur, & dicitur Gallicè ecrire. Et tamen scribitur escripre.

In litera R docebitur, quòd prima litera R in his non pronuncietur. R

Arrester. Sistere. Vt quãdo dicitur. Arrestez uous la. Siste pedẽ. Ab his descendit Dictio Arrestatio, siue sistentia. Arrestatio unde dicatur.

De jure Sistendi uaria apud Iureconsultos.

Quòd in litera S, S. sæpissimè obmutescat, à me in litera S. dicetur, et exemplis declarabitur. S

Et hæc litera S. uocatur luxurians, & pronunciatur sæpe, & in pronunciatione sæpe omittitur.

titur. Et usus huiusmodi luxuriantes literas resecat.

Et dictabitur Cathalogus Vocabulorum, in quibus Litera S non pronunciatur.

O Recitabuntur autem Exempla, in quib: S pronunciatur.

In hoc pronunciatur S. Ie ne m'accoste de beaucoup de gens.

P

Multorũ Familiaritati LAVDISMANNVS nõ est addictus.

Multorum familiaritati non sum addict9.

Et hoc Gallicum mihi meritò attribuitur. Quia me multorũ familiaritati nõ implico, eorũ præsertim, qui Gallicè dicuntur Bons BIBERONS, Bibaces.

T

In litera T docebitur, quòd litera T in quibusdam Dictionib: duplicetur, sed non pronuncietur. Vt in Dictione letre, Litera.

Literæ commendatitiæ.

Lettres de recommendation. Literæ commendatitiæ.

Mon treshonorè Signeur & PRINCE, qui est present, m'a donna par cy deuant en la Ville de Strasbourg lettres de recommendation, à ung Prince d'Allemagne, bien renõmé. Do-

MINVS

MINVS meus & princeps honorificentissimus, qui hic præsens est, antehac Argentinæ dedit mihi literas commendatitias ad magni nominis Germaniæ principem.

In litera V docebitur, quòd litera V in pronunciatione omittatur. Vt in dictione Quatre. Quatuor. Et declarabitur Exemplo.

Item quòd Dictio Langue, Lingua, pronuncietur quasi Lange. Dictio Langue quomodo pronuncianda.

Et declarabitur hoc exemplo,

Vt quando quis seniorũ, ex cuius memoria (uti mihi sæpius fit in hac senili mea ætate) aliquid elabitur, dicit.

Je l'auois maintenãt sur le bout, de la langue. Modo uersabatur mihi in labris primoribus.

Item docebitur. Quòd in dictione Guet, quæ dictio Excubias significat, litera V non pronuncietur.

Exempli gratia, quando dicitur.

Ceux de Geneue, font bon guet. Geneuenses diligenter vigilant. Et dicitur Bon Ge. Dictio guet.

Et hæc sufficiant de literis quiescentib: dixisse.

Diphthōgorum hiulca uox uitanda.

Nunc de DIPHTHONGIS dicendum & uarijs exemplis declarandum esset, qua ratione hiulca eorum uox uitanda esset.

At quia Oratio mea ultra duas horas se extendat, illa propter præsentiam Augustissimi Ducis, & Aulicorum, qui prandere & in aulla illustrissimi Ducis poculis certare desiderant, abbreuienda est.

ài.

In hoc Diphthongo docebitur, quòd dictio pàis, que patriam significat, distinctè pronunciandа sit.

Et probatur Exemplo à patria Silesia sumpto, & uerè dicitur.

Silesia fertilis prouincia.

La SILESIE, est ung fort bon pais. Silesia fertilissima est prouincia. Et uocales concurrentes in hac Dictione païs distinctè pronunciantur.

Dictio païs.

Dictio paix.

At paix, monosyllabum est. Et significat pacem.

In publica audiētia quomodo in parlamēto Parisiēsi clametur.

In parlamento Parisiensi, in publica audientia clamatur per pedellum, uti etiam fit in Academia Parisiensi, ad imponendum Silentium Audi-

Auditorib: paix: paix: paix.

Quòd autem pedellus Academicus sæpiùs dixerit in Academia Regis Hispaniarum Dolana, quando festa quædam dies interuenit, & lectiones frequentandæ non essent, & quidem tempore æstiuo clamarit: Propter festū, & Muscas, nō legetur, neq; hodie, neq; cras, uti refero in III meis DECENNALIB. mundanæ peregrinationis.

Pedelli Academici Dolani proclamatio.

In Diphthongo aa, in Dictione aage, exemplū tabitur inferius de Illustribus Ducibus Lignicensibus et Bregensibus.

aa

In Diphthongo Oei daturus sum exempli loco hoc Gallicum.

Oei:

PARIS L'oeil de France. LVTETIA PARISIORVM oculus Franciæ, siue Galliæ dicitur.

Lutetia Parisiorū oculus Frāciæ.

In Diphthongo OI dabitur exemplum in Dictione Oison, quæ anserem, uel anserculū significat. Et datur exemplum in prouerbio, quod ita sonat.

Oi

Il est braue, comme un Oison bridé.

Ita speciosè ingreditur, uti anser, uel anserculus fræno eleganti ornatus.

Dictio Braue.

Quòd

Quòd autem Dictio Braue ueniat à Græco βραβεύω, prior sum, uel palmam fero, alibi à me dicitur.

Hinc uenit phrasis Se brauer, vel se faire braue, speciosè ingredi, primum locum sibi uelle ascribere.

Dictio BRAVEVR. Et Braueur dicitur homo, primum locum sibi ascribẽs, et speciosè ingrediens. Ein Stotzer.

Oeu. In Diphthongo Oeu daturus sum exemplum in Dictione coeur, quæ significat Cor. Et daturus sum Exemplum in prouerbiali locutione, qua dicitur.

Prouerbialis locutio Gallica. A un coeur uaillant, rien est impossible.

Cordi firmo, & forti nihil impossibile.

Iei In Diphthongo iei, & in Dictione Vieillesse, que senectutem significat, Exemplum daturus sum hoc.

SENECTVS nõ sola uenit. La uieillesse ne uient pas toute seule, mais elle est accompaignée de beaucoup de maulx, & incommodités. Senectus sola non uenit, sed associata est multis malis, & incommoditatib.

Et hoc experiuntur peruerso hoc seculo VIRTVOSI,

TVOSI, pij & literati, terra mariq; iactati & uaria experti VIRI.

Obueniunt ijs sæpe ADVERSA ACCIDENTIA. Propterea autem animo non sunt remisso. Et VIR prudens ijs Reb: quæ ex Fortunæ arbitrio dependent, nunquam animũ despondere debet, secundum hoc ITALICVM.

L'huomo sauio, non dee mai perdere la speranza, che dipendono dalla Fortuna.

Bona aliqua Senex Literatior si amittat per casus improuisos, politior literatura ei illa reparat, & restaurat.

Studeat modò quis politiori literaturæ, et de BONIS TEMPORALIBVS non sit sollicitus. De tribus illis Millib: Florenorum, quæ spacio XIX annorum in Studia, et peregrinationes impendi, non sum sollicitus. Jlla reportabunt (uolente DEO) TRIA DECENNALIA mundanæ peregrinationis, quæ in illustri BREGA, hoc Anno mediante cælesti Gratia, & mediante Augustissimi Ducis BREGENSIS fauore, in ordinem à me redigentur, & insequen-

Aduersa Accidentia optimis et literatis VIRIS in senectute obueniẽtia.

Dictum Italicum egregiũ.

TRIA mũdanæ peregrinationis DECENNALIA, in illustri BREGA præsenti Anno 1617. in ordinẽ redigenda.

ti Anno mediante eodem MAGNANIMI DUCIS, benignissimo suffragio ad impetratum Cæsareum priuilegium cum Stylo Curiæ Germanicæ extraiudiciali, et COMMISSIONUM expediendarum processu typis mandabuntur, uti & typis in ea mandabuntur CONSILIA de Spirituali, & Mundana peregrinatione, nec non illustrium Gallorum ELOQUIA & CAESARUM, & REGUM, & PRINCIPUM aliquot, SYMBOLA latinè, Gallicæ & Italicé, Theologicé, Ethicé & Politicé à me explicata.

CONCLUDO autem in Diphthongis, & quidem in his Dictionib: La uielle de Natiuité, quæ vesperam Natiuitatis significat.

Et la uieille: quæ dictio Annosam Mulierem denotat.

la uieille Annosa mulier.

Ab annosa, & morosa autem MULIERE liberet juniorem Maritum CHRISTUS DOMINUS.

His itaq; præmissis, ad particularia peruenturus sum, & dictaturus sum, (ut nihil prætereatur

reatur) Studiosis, quòd Masculina sint, quæ desinunt in age, vt Visage uultus.

Grand' aage. L'homme de grand' aage Homo maioris ætatis.

Courage, Animus. Bon courage, magnus animus,

Item quòd Nomina sint Articulum fœmininum habentia. Vt la chaleur, Æstus, calor.

La fleur flos. Estre en la fleur d'aage.

In flore ætatis esse, vt quando dico.

Mon treshonoré Signeur & PRINCE MONSIEVR le DVC, qui est present, est pour le present en fleur de son aage.

Illustrissimus, & omni honore dignissimus Princeps, & Dominus meus pro præsenti tempore constitutus est in flore ætatis suæ.

Et in flore ætatis suæ constitutus est illustrissimus DVX Lignicensis Dominus GEORGIVS RVDOLPHVS, princeps clemẽs, et benignus summus literatiorũ Virorũ terra mariq; jactatorũ, Aurimontanorum inprimis egregia Consilia, & literaria monumenta edentium Fautor, &

Dictio Courage.

Quod Augustissimus DVX BREGENSIS in flore ætatis cõstitut⁹ sit docet, Gallicũ. Illustrissimus DVX Lignicensis in flore ætatis, cõstitutus.

 patro-

patronus. Pro longæua eius Vita Deum opt: max: indies rogo.

Dictio Largēt, pecuniā significās quomodo diuersimodè adhibenda.

Ad Dictionem l'argent, quæ pecuniam significat, quantum attinet, cum nonnulli in ea peccent, uarijs Exemplis demonstraturus sum illius Dictionis usum.

Vt quando dicendum Gallicè.

C'estoit à faulte d'argent Et dicendū à faulte d'argent. Et non de l'argent.

Defectus pecuniæ in causa fuit.

Et scholaris Gallicus dicit, magno desiderio Tabellarium expectans, dicere solet.

S'il ne m'apporte de l'argent mon Messager, ie seray bien marry.

Si Tabellarius meus nullam mihi affert pecuniam, ægrè admodum laturus sum.

Scholaris pecuniâ carēs quā to desiderio expectet Tabellarium pecuniā afferentem.

Et alibi dico. Quòd Scholaris pecuniâ carens, in Academijs tanto desiderio Tabellarium suum expectet, quanto desiderio expectant Boni Angeli in Cœlis animam pij, et Christiani Hominis.

De Articulo Ge-

Quòd Articulus Genitiui de, & des diuersimo-

ſimodè adhibeatur à me docebitur. Et quòd de ſignificet partem alicuius rei, quæ emitur, uel commeditur, Vt quando quæritur Qu'auez uous acheté de bon. Quid boni emiſti? Et reſpondet Emptor Ia'y acheté des poiſſons. Emi piſces, & non dicendum les poiſſons.

nitui de & des.

Item docebitur. Quod le totum ſignificans, in his, quæ partem denotant, non adhibeatur.

Vt quando dicendum, I ay acheté du pain emi panẽ. Hîc dicendum du pain, et nõ le pain.

Et quare non dicendum hîc le pain ratio indicabitur.

Quæ ſit ratio, quòd Gallicè dicẽdum I'ay acheté du pain, & non le pain.

Quòd autem Les plurale, in hoc ſequenti Exemplo omittendum, docebitur.

Vt quando quis Gallorum dicit.

I'ay ueu au iourd'huy des hommes, qui ſe baſtoient, & quòd dicendum ſit des hommes, & non les hommes.

Vidi hodie ſe inuicem uerberantes homines.

Les plurale in quo Exemplo omittendum.

Et quando quis dicit ad quendam Gallicé.

Vous uous fairez faire des accouſtrements à la façon de la France.

Veſtimita pro modo Gallico facienda.

 Et

Et dicendum Vous uous fairez fairedes, accoustrements.

Et non Vous uous ferez faire accustrements.

Tu curabis tibi uestes fieri pro modo Gallico.

Et talia particularia in Studio Linguæ Gallicæ tractaturus sum, antequam ad uerum usum Linguæ Gallicæ, qui in locis Communibus consistit accessus fiet.

Prius autem antequam ad Alloquium primum locum communem perueniam dictaturus sum Discipulis meis, quædam Vocabula, et Dictiones tam illustrib: quàm Nobilib: in alloquijs attribuendas.

DICTIONES Gallicæ in ALLOQVIIS adhibendæ.

Prima Dictio est SIRE & quòd Regi Galliæ attribuitur, qui Christianissimus appellatur alibi dicitur. Et quòd rectius à Græca Dictione ἥρως, quæ Heroem significat, quàm à Græca Dictione κύριος, quæ Dominum denotat deriuatur alibi dicetur.

Dictio SIRE.

Quòd DICTIO MAIESTE Regi Hispaniarum, qui Catholicissimus appellatur attribuatur docebitur.

Dictio MAIESTE.

Quòd

Quòd Dictio ALTEZE *Archiducibus Austriæ, & magnis Ducib: Lotharingiæ, & Sabaudiæ attribuatur dicetur.* | *Dictio* ALTEZE

Dictio EXCELLENCE *cui attribuenda sit docebitur,* | *Dictio* EXCELLENCE.

Dictio MESSIRE *cui attribuatur dicetur.* | *Dictio* MESSIRE.

Et quòd Dictio presbyter à Græca dictione πρεσβύτης, *quæ seniorem significat descendat, & non qui præ cæteris bibat ter, deriuetur.*

Dictio MAISTRE *cui attribuatur docebitur.* | *Dictio* MAISTRE.

Quòd Dictio DAME *Reginæ Galliæ, attribuitur manifestum fiet, Exemplo cuiusdam Gubernatoris prouinciæ Gallicæ, qui penes Regem falsò delatus fuit, & Reginæ intercessionem humili libello supplici sollicitauit.* | *Dictio* DAME.

Et de falsa Suggestione quadam Dicturus sum, in III meis DECENNALIB: *mundanæ peregrinationis, ubi Causa exponetur, quare multi egregij Viri aulas Magnatum fugiant, et deserant, & ciuile uitæ genus appetant.*

Quòd Dictio DAMOISELLE *attribuatur matro-* | *Dictio* DAMOISELLE.

matronæ Nobili, uel præsidis cuiusdam Gallici Vxori. Et mitellata, uel mitrophora, uel capiciata dicitur.

DAME. MAISTRESSE. SERVANTE. CHAMBRIERE.

DAME autem, uel Maistresse Domina, uulgarium ciuium Vxor dicitur.

Quæ Differentia sit inter SERVANTE, quæ Seruam, & inter Dictionem CHAMBRIERE, quæ Ancillam significat, ratio à me exponetur. Et quòd grauiter offenderetur Domicella Gallica, si ipsius SERVA appellaretur CHAMBRIERE.

Nunc ad Specificationem peruenio eorum locorum communium, qui à me in Singulis Alphabeti literis, in docendo tractabuntur, in quibus maximus usus Linguæ Gallicæ consistit, & ex quibus Gallicæ Linguæ Discipulos spacio dimidij Anni plus addiscit, quàm spacio duorum Annorum ex tumultuaria uariorum librorum Gallicorum lectione.

Vtinam tales LOCOS COMMVNES tot florib: Gallicis exornatos, mihi PARISIIS, & Biturigibus Galliæ, Informatores mei dictassent, tot sumptus ad Linguam Galli-

cam

cam addiscendam in Regis Hispaniarum Ciuitate Dolana, et Parisijs, & Biturigibus Galliæ non fecissem, & tam diu in studio Linguæ Gallicæ detentus non fuissem.

Nulla autem melior ratio docendi est, quàm si quis per locos communes procedat, qui memoriam iuuant.

Locorum autem communium, quos tractaturus sum, primus est ALLOQVIVM, in quo nonnulli flores meis Auditorib: dictabūtur.

In CONSILIO autem meo de Exoticis Linguis continentur Formalia, quibus Idiomate Gallico in curia Nanceana, in publicis, & priuatis Audientijs, CAROLVM CARDINALEM Lotharingicum, Episcopum Metensem, & Argentinensem, & CAROLVM magnum Ducem Lotharingicum allocutus fuerim, tanquam Argentinensium, & Regiminis Austriaci in superiori Alsatia cōstitutus Commissarius.

Graues enim coram illustrib: sæpiùs latino, sæpius Gallico idiomate peregi causas.

SPECIFICATIO LOCORVM COMMVNIVM, in quibus vs Linguæ Gallicæ consistit.

A ALLOQVIVM.

 Et

FORMÆ intimationū causarū junioribus Dd. Argentinēsibus à LAVDISMANNO communicatæ.

ACCESSVS AMICI.

ADVENTVS GRATVLATIO.

GRATVLATIO ægroto Amico facta.

B

AD BIBENDVM SOLLICITATIONES

Et Formas intimationum demandatarum commißionum, & Alloquiorum Gallicorum, communicaui aliquando in illustri Argentina juniori Doctori Küglero, & alijs juniorib: in causis commißionū recèns adhibitis Doctorib: & Licentiatis.

Secundus locus communis est in litera A; qui inscribitur ACCESSVS AMICI.

In hoc loco communi dictabuntur FLORES, tam Gallici, quàm Italici, tam à Gallis, quàm Italis in accessu Amici adhibiti.

Tertius locus communis in litera A. intitulatur ADVENTVS GRATVLATIO. Et in eo dictaturus sum flores, tam Gallicos, quàm Italicos.

Quartus Locus communis in litera A; est ægroti Amici ob recuperatam Sanitatem GRATVLATIO.

In litera B. dictabuntur ad BIBENDVM, AMICORVM Sollicitationes.

Et qua ratione EXCVSATIONES in medium proferendæ, & quibus florib: Gallicis, quòd

quòd quis largiùs bibere, & alta pocula exhaurire non poſsit.

In litera C. tractabitur elegans LOCVS COMMVNIS, *qui* CONVERSATIO *inſcribtur.*

In hoc loco communi dicetur à me, & quidē prouerbiali locutione, quòd Stultus ſit is, qui æſtimat, ouē poſſe manere, ſi inter lupos degat.

In eo loco communi optimum PRAECEPTVM *de uitanda nimia familiaritate dictabitur, quod Gallicè ita ſonat.*

Ne te rend trop familier à perſonne. Car ſi tu en a moins de ioye, tu en auras auſsy moins de deſplaiſiers.

Quòd quis ſecundum PLAVTVM *nulli ſe facere debeat nimis ſodalem, & quòd is, qui hoc facit, gauiſurus ſit minus, et minùs triſticiæ ſit habiturus.*

Et quòd aſsidua conuerſatio reddat præeminentiores Viros contemptibiles gallico idiomate exprimetur.

In eadem litera C. in loco communi, de Ciuili con-

EXCVSATIONES, *quòd quis largiùs bibere nequeat.*

C CONVERSATIO.

Prouerbialis locutio de Oue, inter lupos degēte.

Præceptū de nimia familiaritate uitanda.

PLAVTI DICTVM *à* LAVDISMANNO *Gallicè uerſum.*

Hyperbolicæ Locutiones in Ciuili conuersatione uitandæ.

li conuersatione taxabuntur Hyperbolicae Locutiones *fidem excedentes.*

Ceremonia.

In jam dicta litera C. ponetur Locus Communis, *qui inscribitur* Ceremonia. *Et utilis Doctrina dabitur, quòd Ceremoniæ superfluæ resecandæ sint.*

Regi Galliæ, an in dextero, an uerò in sinistro crure Reuerẽtia sit facienda.

Et in eo loco carmine docetur. Quòd Brocardi *certẽt, et quòd adhuc sub Iudice lis sit*

Qua Chamba Regi Sit Facienda Salus.

Cui Cruri Regis, dextro, uel sinistro Reuerentia sit facienda tactu, & osculatione, in controversia est.

Consilium.

In jam dicta litera, C. ponetur Locus Communis, *qui* Consilium *nominatur, uel* Opinio, *uel eius Declaratio. Et dictabuntur in eo loco communi optimi Flores Gallici.*

Concedendi Formulæ.

In sæpedicta litera C. ponentur uariæ concedendi formulæ Gallicæ, tersæ Latinitati traditæ. Et semper tersæ latinitatis habebitur ratio.

Contradictoris refutatio

In eadem litera C. optimis floribus Gallicis Contradictor *refutabitur.*

In

In litera D. DEBITORIS incerti Sermones Gallici enarrantur. — D — DEBITOR incertus.

In eadem litera D. ponetur LOCVS COMMVNIS, qui dicitur DISCESSVS. — DISCESSVS Amici.

Et optimi Flores Gallici, in discessu Amici adhibendi dictabuntur.

In jam dicta Litera D. ponetur Locus communis, qui DISPVTATIO nominatur. — DISPVTATIO.

In eo loco communi Gallicè dicetur. Quòd quis Disputationem suam super glacie vnius noctis fundat.

In litera E. ponentur quædam illustrium Gallorum ELOQVIA, secundum seriem Alphabeti disposita, et tersæ latinitati à me tradita. — E — ELOQVIA illustriũ Gallorũ.

In eadem Litera E. ponetur LOCVS COMMVNIS, qui EXCVSATIO dicitur. Et varijs Excusandi Formulis Gallicis à me hic LOCVS COMMVNIS declarabitur. — EXCVSATIO.

In jam dicta litera E. dictabitur LOCVS COMMVNIS, qui nominatur ERROR, et ERRORIS Reprehensio. — ERRORIS REPREHENSIO.

Et varijs floribus Gallicis exprimetur locus iste communis.

In

Factum Præstandum.

In literā F. reponetur LOCVS COMMVNIS, qui intitulatur FACTVM PRÆSTANDVM. Et ea, quæ in FACIENDO, & PRAESTANDO consistunt, floribus Gallicis à me exprimentur.

Vox Fauoris, eleganti flore Gallico exprimetur.

In eandē litera F. reponetur LOCVS COMMVNIS, qui FAVOR inscribitur.

Et dictabitur Auditoribꝰ elegans flos Gallicꝰ, quo quis submisse petit à PARLAMENTI PARISIENSIS PRAESIDE, ut eius PROCESSVS in jam dicto PARLAMENTO Parisiensi, breui temporis spacio expediatur, & in eo Sententia, æquitati consentanea feratur, & pronuncietur.

Et tales FLORES GALLICOS, miseri Gallicæ Linguæ BRODFESSORES in lucē emittere deberent. At illud, quod in ijs deficit, id, præstat Germanꝰ PARLAMENTA Regis Hispaniarum, & PARLEMENTA Regis Galliæ, qui frequentauit.

Parlamentum unde dicatur.

Dicitur autem PARLAMENTVM curia suprema, uel officina justitiæ suprema. Ali

ás

às PARLEMENT, est de uis, et conference entre deux, ou plusieurs, sur quelque affaire. Collocutio inter duos, uel plures super aliquo negotio.

Parlamenter autem significat de negotio aliquo inuicem conferre.

In supradicta litera F. florib: Gallicis selectioribus à me exprimentur FELICITATVM PRECATIONES. Et egregio Exemplo demonstraturus sum, quo modo, & quo flore Gallico meo tẽpore, in Curia Gallica, Parisijs, Ciuilior quis Aulicus, CVRTISANVS dictus, alteri CVRTISANO Gallico, continuationem melioris Fortunæ, & felicitatum augmentationem precatus fuerit.

FELICITATVM PRECATIONES

Et quàm primum illustrium Gallorum aliquis, & CVRTISANORVM in aula Regis Galliæ, optimo flore Gallico aliquid in medium potulit, illud diligenti studio à me est notatum.

In jam dicta Litera F. Precatio felicioris itineris, Anno 1574. mihi ex magna hac Silesia, relicta illustri Goldberga abeunti, et ad Aulam Cæsaris

PRECATIO felicioris itineris à Magno THABVRNO

Laudismanno anno 74. dicta, ab eo in Gallicũ sermonem trãslata.

Cæsaris Maximiliani proficiscenti à MAGNO THABVRNO latinè dicta, & à me Gallicè uersa exprimetur.

GOLDBERGA olim omnium Scholarũ Silesiacarum Magistra.

Appello autem GOLDBERGAM patriam meam illustrem GOLDBERGAM, quòd olim illius Schola, omnium Scholarum totius Silesiæ MAGISTRA fuerit, & THABVRNVM, BOHEMORVM: POLONORVM, & HVNGARORVM, DOCTOREM uerò PAXMANNVM GERMANORVM RECTOREM habuerit.

Felicioris diei, felicioris vesperæ, & felicioris noctis precatio.

In sæpius dicta litera F. Felicioris diei, felicioris vesperæ, & felicioris noctis continetur precatio.

Gratiarũ Actiones.

In litera G. uariæ GRATIARVM ACTIONES optimis, & selectis floribus Gallicis à me exprimentur, & latinè uertentur.

Quòd multum referat Germa-

Et multum refert, Gallica, tersa latinitate optimis Germanis Studiosis explicare. Inprimis uerò sollicitare quemlibet Studiosum Linguæ Gallicæ

Gallicæ Discipulum ad latinè, & quidem ex tempore explicandum egregium aliquod Dictũ, uel textum Gallicum, & ex eo eliciendum uerũ sensum.

nis Studiosis, Gallica tersa latinitate explicari

Et subsequenti mea explicatione latina, animaduertet Gallicæ Linguæ Discipulus, quàm propè ad verum sensum (uti sæpius dictum est) accesserit, & quàm longe ab eo discesserit.

Et magis exercetur in Schola Gallica Studiosus Germanus, Gallicæ Linguæ Discipulus, latina Gallici textus explicatione ex tempore facienda in idiomate Latino, quàm in ipsa Schola latina.

Discipulus Linguæ Gallicæ in latino idiomate in Schola Gallica plus exercetur, quã schola latina

In litera H. tractabitur à me LOCVS COMMVNIS, *qui nominatur* HONOR, *& optimis floribus Gallicis in delatione, & reciproca præstatione à me exornabitur.*

H
HONOR.

Quomodo item præeminentiori Honor in ingressu ædium, in lauatione manuum, & in accubatione epulari deferendus sit.

Et docebitur, quomodo DICTIONES *hæ Saluo Honore, diuersimodè usurpentur.*

Honor in ingressu ædiũ, & in accubatione epulari quomodo Gallicè deferẽd.

 In

HOSPES Actiuus Gallicus. — In hac litera H. quidam Flores de hospite actiuo, exiguam suam tractationem excusante ponuntur, qui communiter proferuntur.

HOSPITIVM. — In eadem litera H. tractabitur LOCVS COMMVNIS de Hospitio, & flores uarij Gallici uulgares, & communes, qui in hospitijs adhibentur, exprimuntur.

Continet autem reprehensionem Hospitæ, cibos in diuersorio squalidè præparantis.

Ancilla Gallica BESTIA appellata. VARII FLORES Gallici in Hospitio adhibendi. — Et ibi docetur, quibus uerbis gallicis, ancilla gallica, diuersorij serua, lectulos, & lectisternia, in terram proijciens reprehendenda, & præmissa dictione BONNE, et post interuallum, dictione gallica apposita, BESTE, BESTIA appellanda sit.

I. INVITATIONES ad IENTACVLA, ad PRANDIA, ad COENAS &c. — In litera I. continebitur INVITATIO ad IENTACVLA, ad PRANDIA, ad COENAS, & ad COMMESSATIONES, quæ post cœnas fiunt.

Et quòd jeiunium sit Scholarium, prandium Aduocatorum, Merenda Artificum, Cœna uerò Mercatorum, gallico dicto exprimetur.

In

In litera I. ponetur LOCVS COMMVNIS ſatis amplus, qui ITER, ſiue PEREGRINATIO inſcribitur, in quo loco COMMVNI dictabuntur flores Gallici, qui in ITINERE à peregrinatoribus plerumq; adhibētur, ſi à recta uia Viatores declinēt, et rectā uiā inquirāt. I ITER In Itinere adhibēdi flores Gallici.

Item quot dierum itinerib:, in latiſsimo Regno Galliæ Ciuitas aliqua, ab altera diſtet.

Jn hoc loco communi de itinere, ponetur Sermo gallicus, quo Gratiæ aguntur itineris Socijs pro præſtito Sodalitio.

Et hæc communia, & uulgaria ſunt, quæ à peregrinatorib: in itinere dicuntur.

Quot autem horas peregrinator nocturno tēpore quieſcere, & dormire debeat, egregio dicto gallico Carmine, in Cōſilio meo de mūdana peregrinatione docebitur, quod ita ſonat.

Six heures dort l'eſcolier.
Et ſept en prend le Voyagier.
Huict il en faut au Vigneron.
Neuf en demande le poltron.

POLTRON autem Vocabulum eſt Italicum, Gallicè dicitur un

uaultneant. Homo nihili, & desidiosus, qui nouem horas ad dormiendum exposcit, cum Scholaris saltem sex requirat. Et septem horas peregrinator, & octo horas exposcat ad dormiendum Vinearum cultor, & plantator.

IVRANDI FORMVLÆ.

In litera I. ponentur quædam IVRANDI FORMVLÆ.

IVRANDI FORMVLA ab HENRICO IIII Nauaren. usitata.

Quòd autem HENRICVS IIII Nauaræ, et Galliæ Rex, in illustri Nanceo Lotharingico, in Curia Magni Ducis Lotharingiæ, Domini CAROLI, hac formula jurandi VENTRE SAINCT GRIS, usus fuerit, doceo in consilio meo de Exoticis Linguis, in quo varia NOTABILIA de personis, & Rebus Illustrium à me in Aulis Regijs, & Curiis Illustrium diligenti studio notata continentur.

IVDICIVM.

In litera I. tractabitur LOCVS COMMVNIS, qui inscribitur IVDICIVM.

In eo uarijs floribus Gallicis exprimetur, quãdo quis discretus alterius rectius sentientis judicium saluum habere uelit.

M

In litera M. à me tractabitur, & uarijs floribus

ribus Gallicis declarabitur LOCVS COMMVNIS, qui MENSA inscribitur.

In hoc loco COMMVNI dictaturus sum DISCIPVLIS meis succinctam, & breuem, Gallico idiomate expressam MENSAE BENEDICTIONEM, quæ ita sonat.

Tout ce, qui est mis, & sera mis cy apres sur la table, soyt sanctifié par la parolle de Dieu, au nom du pere, du fils, & du Sainct ESPRIT.

Hæc Gallica, jam ex meo jussu surgens puer Nobilis, Nobilissimæ Viduæ, & Matronæ, in illustri Curia Bregensi Aulæ Magistræ filius, pronunciabit, cui semel Gallica hæc à me prælecta sunt.

Et Auditores in eius pronunciationem intenti esse uelint.

Perceperunt jam Auditores, ex Adolescentis huius, & pueri pronunciatione Gallica, quàm facilè ingeniosus Adolescens Gallicam pronunciationem addiscere possit, ita ut quilibet Gallorum, uel eorum, qui Gallica intelligunt, eam intelligere, & ex pronunciatis pueri

MENSA VARII FLORES Gallici in mensa adhibēdi

BENEDICTIO Mensæ Gallica.

PVER NOBILIS. JOHANNES GEORGIVS à GLEISSENTHAL, Gallica satis benè

 uerum

prima vice pronunciauit.

uerum sensum percipere possit.

Et ut AVDITORES *animaduertant, quanta sit Linguæ Gallicæ, cum lingua Latina cognatio, & affinitas Gallicam hanc mensæ Benedictionem, de verbo ad verbum latinè sum explicaturus.*

Benedictio mēsæ Gallicæ.

Tout ce, Omne id, qui est mis, quod missum est, siue appositum, & sera mis, & mittetur, siue apponetur, cy apres, postea, sur la table, super mensam, soyt sanctifié, sit sanctificatum, par la parole, per uerbum, de Dieu, Dei, au nom, in nomine, du PERE, *patris, du fils, Filij, & du Sainct* ESPRIT, & SPIRITVS SANCTI.

Egregia dicta, tā sacra, quàm politica Gallica ex tēpore latinè reddēda, & ex ijs Sensus eliciendus.

Hac ratione, & hoc modo Discipuli mei, qui Exercitamenta mea Gallica frequentaturi sunt, egregia Dicta, tam sacra, quàm politica, Gallica, & Gallicos textus latinè explicabunt, & quidem ex tempore, ad quorum explicationem mea subsequetur latina uersio.

Et hac ratione exercebunt tam Gallicam, quàm Latinam Linguam.

In

In ſupradicto loco COMMVNI de MENSA, hic Terminus Gallicus, quo quis nimium vini poculis infundens admonetur, ut parum vini refundat.

De refũdẽdo vino qui FLORES Gallici adhibẽdi

MONSIEVR, Vous m'en verſez trop, ie vous prie, en reuuyder un peu.

DOMINE, nimium uini infundis, rogo te, ut paululum refundas.

Item docebitur in eo loco COMMVNI de MENSA, quomodo Taciturnitas in MENSA excuſanda ſit.

Taciturnitas in mẽſa quomodo excuſanda.

Item in eo uariæ præbibendi FORMVLAE à me dictabuntur.

Item de RECVSATIONE POCVLORVM aliquid dicetur, qua ratione, & quibus florib: Gallicis pocula recuſanda ſint.

Recuſaio poculorum.

Item quomodo pro ſanitate Illuſtrium, & quibus floribus Gallicis bibatur, dicturus ſum.

Quibus florib: pro ſanitate iſluſtriũ bibendũ.

Item quomodo iocosè, et quibus florib: gallicis Galli ad alios bibant.

Iocosè quib: floribus Gallicis ad alios bibendum

Item de Vinis baptiſatis, vel aqua miſcendis dicetur. Et quòd juſtitia fortioris vini, ſit aqua.

Iocoſi

De Vinis baptisatis.
Recusatio ciborum.
Administratio ciborum.

Iocosi SERMONES nonnullorum Gallorum, de infundendo uino adhibiti, dictabuntur.

De Recusatione ciborum, & quibus Verbis, et florib: Gallicis cibi recusentur in mẽsa.

Et de ciborum administratione, quibus floribus utatur quis, quando petit sibi aliquid de aliquo cibo administrari.

De eo, qui in mensa vitrum frangit.

Quando quis in mensa, in prandio, uel cœna aliquid committit, frangendo uitrum, quomodo illi Gallicè dicendum.

Quomodo respõdendum Matronæ Gallicæ de mensa surgenti.

Quomodo respondendum Gallicè honestæ Matronæ Gallicæ, quãdo illa de mẽsa surgit, genua flectit, et dicit prouous face MESSIEVRS.

Quomodo deniq; in mensa Hospites ad hilaritatem exhortandi sint, & quibus florib: Gallicis, dicetur.

N
NEGATIONES.

In litera N. docebitur à me, quomodo NEGATIONES mutatis mutandis optimis floribus Gallicis fieri debeant.

NOVITATES.
Nouitates cum qua modestia refutandæ.

In ea litera N. docebitur à me, quomodo NOVITATES inquirendæ, & nonnunquam refutandæ, et quidem cum modestia.

In

In litera O. dictaturus sum Discipulis meis præstandi officij Sollicitationes, & Grati animi Declarationes, item OFFICII *Recompensationes, optimis floribus Gallicis.* — OFFICII præstādi Sollicitationes &c.

Et latinitati traditos adhibere possunt omnes Studiosi, tam Galli, quàm Germani.

In litera O. dictaturus sum uarias petitiones Gallicas, earumq; selectiores FORMAS, *easq; tersæ latinitati sum traditurus, ut eas tam Germanici, quàm Gallici Scholares adhibere queant.* — PETITIONUM uariæ FORMÆ Gallicæ, optimis Florib. Gallicis expressæ.

In litera P. VERBI PLACERE, *diuersi modi Gallici Auditoribus meis dictabuntur. Et illius Verbi in eleganti, & ciuili Lingua Gallica, magnum usum esse, in ciuili conuersatione, uarijs florib: Gallicis à me demonstrabitur.* — Verbi PLACET diuersus usus.

VERBI *autem* DISPLICERE, *uarij flores Gallici inter dictandum, indictabuntur.*

In litera Q. QUAESTIONES *de Valetudine, item de* NOVITATIB: *à me dictabuntur.* — Q QUÆSTIONES DE VALETUDINE.

R RECORDATIO.

In litera R. Recordatio difficilis florib: gallicis indicabitur.

Et vtinam uiua esset Sexagenariorum literatiorum Virorum memoria.

Viua fuit ante 40. annos in Aula Imperatoris Maximiliani memoria mea: at jam debilis est, & propter senectutem debilior efficitur. Et sub ingruente vespera ætatis debilior efficietur.

Vtinam Adamantina esset Memoria nostra, & retineret omnia olim lecta, & visa.

R REVERENTIA capitis.

In litera R. de Reuerentia capitis agetur à me, & illa optimis florib: Gallicis exprimetur.

S SALVTATIO AMICI.

In litera S. Salutatio Amici, alterius nomine facienda, optimis florib: Gallicis exprimetur.

SERIÒ DICTA.

In jam dicta litera S. Seriò DICTA, *selectiorib: Gallicis florib: exprimentur.*

SERMONIS INTERRVPTIO.

In illa litera S. SERMONIS INTERRVPTIO, ET SERMONIS SVPERFLVITAS *florib: Gallicis taxabitur.*

In eo loco COMMVNI ABBREVIATIO *continetur.*

In

In eadem litera S. SERVITIA magnatib: præstanda, quibus floribus offerenda sint, docebitur. SERVITIA.

DICTIO SERVITEVR qua ratione, & quibus florib: Gallicis adhibenda sit docebitur. SERVITEVR.

In litera T. VERBVM TROMPER decipere varijs floribus exprimetur, & istius verbi, verus vsus declarabitur, quòd quis alium nec sciens, nec volens decipiat. T Tromper.

Et multi alios scientes, & volentes decipiunt, à qua deceptione custodiat vnumquemq; DEVS opt. max.

In litera V. dictabuntur à me Auditorib: meis variæ VENIAE PETITIONES, & quidem optimis, & selectiorib: florib: Gallicis. V VENIÆ PETITIONES.

Et tersæ LATINITATI tradentur, ut tam à Germanis, quàm Gallis adhiberi possint.

In hac litera V. VERVM aliquid esse, varijs florib: Gallicis à me exprimetur. VERVM

In eadem litera V. tractabitur LOCVS COMMVNIS, qui VEXATIO inscribitur, ubi Gallicè VEXATIO.

licé dicetur. Quòd is, qui alios vexat, & illudit, faciat, ut ab omnibus ipsemet illudatur.

Ad scopticum Irrisorem, quid dicendum.

Ad scopticum IRRISOREM, *& inertem Asinum proferenda sunt hæc verba, in Fabulis Æsopi extantia.*

IRRIDE ASINE, IMPVNE' TIBI LICET OB INERTIAM TVAM.

Et ad GROBIANVM, *optimos, & literatos* VIROS *in Nominib: eorum deludentes, dicendum.*

DOMINE GROBIANE, *ubi creschcauit* GROBIANISMVS *tuus, certè, non inter politos Nobiles, sed inter quadratos Rusticos.*

Vituperatio. Reprehensio. Accusatio. Visitatio. Visitatio Amici uarijs floribus Gallicis exprimenda.

In litera V. continetur LOCVS COMMVNIS VITVPERATIO, REPREHENSIO, ACCVSATIO, *quomodo, & florib: Gallicis eneruanda sit.*

Item tractabitur in litera V. LOCVS COMMVNIS, *qui inscribitur* VISITATIO, *et quibꝰ Florib: Gallicis, quis* AMICVM *suum visitare debeat, à me docebitur.*

Et

Et ita ad longum declaratus est MODVS *docendi, & discendi Linguam Gallicam.*

MODVS *omnium saniorum judicio utilis, atque vtilissimus, quem, in illustri hoc* ACADEMICO GYMNASIO BREGENSI, *strictè sum obseruaturus, qui aliquando ad juniorem* PRINCIPEM SVECIÆ, *ad cujus in Gallico idiomate (uti supra dictũ est) informationem, jussu Reginæ matris, per Nobilissimum* VIRVM *de* BIRCKHOLTZ, *vocatus ante hac fui. Et ad juniorem Regem poloniæ transmissus, eum optimè in terso, & eleganti Idiomate Gallico est informaturus, uti informaturus aliquando est in Lingua Gallica, & latina, Herilem nostrum, & juniorem Ducem* BREGENSEM, DOMINVM GEORGIVM, *quem magis, magisq; in idiomate Gallico aliquando informabunt, ea Gallica, in locos prædictos à me digesta, quibus annexa sunt illustrium nonnullorum Gallorum Gallica* ELOQVIA.

MODVS docendi & discẽdi Linguam Gallicam, ad juniorem principẽ Sueciæ trãsmittendꝰ, & ad ACADEMIAM Crocauiensẽ

DIXI.

GRATIARVM ACTIO.

NVnc gratias humilimas ago Illustrissimo, et Celsissimo PRINCIPI, et DOMINO, DN. JOHANNI CHRISTIANO, DVCI SILESIAE, LIGNICENSI, & BREGENSI, DYNASTAE ex REGIO polonico sanguine descendenti, DOMINO meo clementissimo, quòd JLLVSTRISSIMA ipsius CELSITVDO illustri sua præsentia ACTVM hunc benignè atq; benignissimè illustrauerit: Gratias submissas ago Illustri, et Generoso DOMINO, DN. FRIDERICO, DOMINO de KITLITZ AVGVSTISSIMI DVCIS NOSTRI BREGENSIS, MARESCHALLO, quòd cū illustri, et Generoso DOMINO SCHWEICKARDO de PROMNITZ, DOMINO meo clementi, & cum illustri, & Generoso DOMINO de SCHARETIN hunc ACTVM videre diu desiderauerit: Gratias ago officiosas, atq; officiosissimas Nobili, Strenuo, literato, atq; literatissimo DOMINO de SENITZ, illustrissimi DVCIS Nostri Consiliario intimo, & capitaneo, Gratias ago officiosissimas Mag-

nanimi

nanimi DVCIS *Nostri reliquis* CONSILIARIIS AVLICIS COLLEGIS *meis omni honore dignissimis, & officiosè, atque officiosissimè Colendis, Nobili* DOMINO AXT: *Nobili* DOMINO *de* REIDEBVRCK *Aulæ Magistro: & Nobili, literato, atq; literatissimo* DOMINO *de Sebottendorf junioris ingeniosi, atq; ingeniosissimi* DVCIS BREGENSIS, DOMINI GEORGII MAGISTRO AVLICO: *Gratias item ago Claro* VIRO, DOMINO SCHICKFVSIO J. V. D. CONSILIARIO *Aulico, et in hoc* DVCALI, *& illustri* BREGENSI GYMNASIO *institutionum* IVRIS PROFESSORI *ordinario,* COLLEGÆ *meo officiosè colendo: Gratias ago Benignissimi* DVCIS NOSTRI MINISTRIS AVLICIS, *Nobili* DOMINO *de* RANDAVV, CVBICVLARIO, *Nobili* DOMINO DÖBNERO, *Nobili* DOMINO *de* MEISEBACH, *Nobili* DOMINO *de* SEIDLITZ, *Nobili* DOMINO *de* NOSTITZ, *Nobili* DOMINO *de* ROTKIRCH, *Nobili* DOMINO

PVCH-

PVCHNERO, *&* *nobili* DOMINO *de* WILSDORF: *Gratias insuper ago officiosissimas Strenuo, & Nobili* DOMINO *de* LÖWEN, *recèns in Germaniam nostram ex Gallia, Italia, Hispania, & Anglia Reduci facto: Gratias ago submissas Illustribus, & Generosis* DOMINIS BARONIB: *ex proxima* MORAVIA, REGIA PROVINCIA *oriundis, & eorum Generositatum Aulæ* MAGISTRIS: *Gratias item ago egregijs Nobilib: studiorum gratia hîc degentib: qui magno numero in Nobilissima hac Auditorum Corona conspiciuntur: Gratias ago præclaro* VIRO, DOMINO GERITIO, MEDICINÆ DOCTORI, *præclaræ huius Ciuitatis* BREGENSIS PHYSICO, & MEDICO: *Et Gratas officiosas, atq; officiosissimas egissem præclaro, & doctissimo* VIRO, DOMINO RÖSLERO, MEDICINÆ DOCTORI *excellenti, pijssimi* DVCIS *nostri* BREGENSIS *Archiatro, præsens si fuisset, & ad ægrotantem pium Nostrum* CAROLVM, *patrem patriæ,* DVCEM MÜNSTERBERGENSEM, *supremum Silesiæ*

CAPI-

CAPITANEVM *vocatus nō fuisset: Gratias itē ago spectabili Viro, DOMINO GEPPERTO: Celsissimi Ducis nostri Cameræ Secretario, gratias ago Reuerēdo* DOMINO SVPERINTENDENTI, CONCIONATORI *Aulico: Gratias itē ago Reuerēdis, pijs, ac doctis* VIRIS, *inclytæ huiꝰ Ciuitatis* BREGENSIS DOMINIS PASTORIB: & DIACONIS: *Gratias deniq; ago* DOMINO LAVBANO, *illustris huiꝰ* BREGENSIS ACADEMICI GYMNASII RECTORI, *eiusq;* COLLEGIS, in ACADEMICO hoc BREGENSI GYMNASIO *Ordinarijs, et publicis* PROFESSORIB: *Viris doctis, et præclaris, quòd* ACTVM *hunc publicū præsentiâ sua cohonestare voluerint, et me Sexagenariū, terrâ, mariq; jactatū, latinè et Gallicè ultrà duas horas* PERORANTEM, *et verū, et utilem, atq; utilissimū, et ab omnib: sanioris judicij Hominib: et Doctis viris approbatū, et à me in Germanicas Academias, et Academica Gymnasia Germanica introductū* MODVM *docēdi, et breui tempore addiscendi Linguam Gallicā, uarijs, et exquisitis Exemplis explicantē, gratiosè beneuolè, & attentè audierint.*

ITERVM DIXI.

ADMONITIO
AD
BENIGNUM LECTOREM, ET
AD OMNES CANDIDOS, SINCEROS, PIOS, DISCRETOS, ET DOCTOS, IN ACADEMIIS GERMANICIS, ET POLONICIS degentes Studiosos, aliosque VIROS doctos, & literatos.

PRO

AUTHORITATE CONSILII de Exoticis Linguis, in illustri STETINO Anno 1616. editi

A

CASPARO LAUDISMANNO, AURIMONTANO SIL, I. C; CONSILIARIO aulico BREGENSI.

CONTRA.

Nonnullos MOMOS, ZOILOS, NASUTOS, & LIVIDULOS DROLOS Gallicos.

Typis mandata in illustri BREGA, Anno 1617.

CVm antehac, neq; in latissima Germania, neque in florentissimo Regno Galliæ, tale consilium de Exoticis Linguis, tot DOCTRINIS egregijs instructum, tot Exemplis declaratum, tot NOTABILIB: de PERSONIS, & REBVS illustrium insignitum, & tot, & diuersis idiomatibus Exteris condecoratum, quale LAVDISMANNVS, AVRIMONTANVS, Silesius J. C. antehac DIVI RVDOLPHI CAESARIS COMMISSARIVS, nunc AVGVSTISSIMI DVCIS BREGENSIS CONSILIARIVS aulicus, in illustri STETINO typis mandari curauit, in lucem editum fuerit, ad usum in THEOLOGICIS, in OECONOMICIS, in ETHICIS, in POLITICIS, in JVRIDICIS, in MILITARIBVS, in PERSONALIB: in MATRIMONIALIB: in SERIIS, & JOCOSIS HISTORICIS NARRATIONIB: in ÆQVIVOCIS, in ÆNIGMATIBVS: in ELOQVIIS illustrium, in selectioribus Eloquentiæ Gallicæ florib:

rib: translatum, non solummodò juniores REGES, PRINCIPES, BARONES, LIBEROS DOMINOS, NOBILES, & PATRICIOS GERMANOS, qui aliqua initia Linguæ Gallicæ habent, informans: sed & profectioris ætatis GALLOS, ITALOS, HISPANOS, ANGLOS, HVNGAROS, & POLONOS literatos, de varijs Rebus politicis erudiens, & non facilè DROLVS aliquis Gallicus, miser Gallicæ Linguæ BRODFESSOR (licet totus eorum chorus congregetur) tale CONSILIVM, tot DOCTRINIS instructum, & tot Notabilib: de PERSONIS illustrium insignitum, & tot Exemplis declaratum, & in tot, & diuersis Scientijs ad vsum translatum, in lucem editurus sit, velint optimi Germani Studiosi, illud LAVDISMANNI secūdæ, inprimis verò tertiæ editionis CONSILIVM de EXOTICIS LINGVIS auctius, pro raro, atque rarissimo habere, illud studiosè legere, & doctrinas in eo contentas diligenter notare, & ad vsum transferre.

CONSILIVM LAVDISMANNI Gallos, Italos, Hispanos Anglos &c. de varijs reb: politicis informans.

Tertiæ editionis consilium LAVDISMANNI. auctius.

Lappenheuseri, judicio carentes.

Pueriles stultæ, et inanes nõnullorum censuræ.

PROCVRATOR, LAVDISMANNI Consilij cõtẽptor existens propter quædam vocabula minùs latina.

Non respicere velint DOMINI GERMANI STVDIOSI, *ad nonnullorum* LAPPENHEVSERORVM, *judicio Carentium, ad nonnullorum* DROLORVM *Gallicorum, secretiora Linguæ Gallicæ ignorãtium, ad nonnullorum parum polonïsantium, parum Gallisantium, parumq; juridisantium et in his ineptïetium poëtarũ* BAVARORVM, *& ad nonnullorum* CAVTIORVM, & CVTIORVM *indoctissimorum Scribarum, pueriles, stultas, & inanes censuras; sed respicere velint ad illustrium Virorum prudentiâ, et Experientiâ corroborata judicia, cùm pro ijs militet præsumptio juris.*

Contempsit quidam indoctus PROCVRATOR, Tityrus Domesticus, exterarum Linguarum ignarus, Cõsilium de Exoticis Linguis LAVDISMANNI, deò, quòd contineret vocabula nonnulla minùs latina, qualia sunt Boni Biberones, pecuniarum Corraschpelatores: itẽ quòd contineret verba nonnulla minùs latina, qualia sunt ingrossare, Ambursare, Cor-

Corraschpelare, Ruckutiare. At illi PROCVRATORI, & PLADERATORI à LAVDISMANNO, in illustri STETINO responsum fuit, illa jocosè nonnullis applicata fuisse.

Et adeò latinitatis ignarus non est LAVDISMANNVS, quòd nesciat, quòd rectiùs, & elegantiùs latinè dicatur Strenuus potator, quàm bonus biberon, pecuniarũ corrasor, quàm pecuniarum Corraschpelator: & quòd rectiùs dicatur latinè eructare, quàm ruckutiare.

Et rectiùs dicitur latinè pinguem reddere, quàm ingrossare. Et ita ingrossauit POËTA BAVARVS mitellatam suam Domicellam, vt vix eam lectus capere possit.

Quòd autẽ quidam DROLVS Gallicus, vocabulũ illud pomerada Lotharingica taxauerit, responsum fuit illi.

DROLVS quidam Gallicus, vocabulũ pomerada Lotharingica taxauit.

Siquidem Dolio illi NANCEANO, cui irrepsit PITLINGERVS PROCVRATOR Alsaticus, imposita non fuerint perennia, et cõditiua mala, quæ Galli appellant pommes, qui sont

LAVDISMANNVS, quomodo illi responderit.

ſont de garde: neque granata mala, quæ Galli appellant pommes de Granade: neq; mala paradiſiana, quæ Galli appellant pommes de paradis: neque muſtea mala, quæ Galli appellant pommes, qui ont la doulceur de mouſt: ſed impoſita illi fuerint fugacia mala, pommes, qui incontinent ſe gaſtent, ægrotantia mala, quæ non in Hiſpania, non in Italia, non in Gallia, ſed in Lotharingia creuerunt, cum diuerſorum colorũ Aromatib: Lotharingicis diſtillata, et permixta, & minùs odorifera, quibus veſtes PITLINGERI maculatæ fuerunt, ideò iocosè pomerada Lotharingica dicta fuerunt.

CASPARVS KOHL, Poëta Stetinẽſis, LAVDISMANNI cõſilij cõtẽptor exiſtẽs. LAVDISMANNVS, quo modo ei reſponderit.

Contempſit in illuſtri Stetino LAVDISMANNI CONSILIVM CASPARVS KOHL, Poeta vulgaris, ex hoc fundamento, quòd Sileſiaca contineret.

At illi fuit à LAVDISMANNO ex alio, & quidem ſolido fundamento reſponſum, quòd ea, quæ olim de MAGNA SILESIA, REGIA, populoſa, atq; populoliſsima, eleganti, atq; elegantiſsima PROVINCIA, & de ANTIQVIS

MAGNIS

Magnis Dvcib. Silesiacis, & Dynastis, & Regio Polonico Sangvine, & prosapia descendentib: & de eorum heroicis factis quòd se anno 1241. Tartaris per totam Poloniam, & Silesiam, & Morauiam grassantib: infracto, & heroico animo opposuerint, Gallico idiomate scripta fuerũt, in honorẽ AVGVSTISSIMORVM DVCVM LIGNICENSIVM, & BREGENSIVM cum ex ijs originem suam trahant suo consilio de Exoticis Linguis inseruerit.

Tartari quo anno per Silesiam grassati fuerint.

Et idem Lavdismannvs *in illustri* Brega *in sacello aulico (in quo conspicitur Arbor Genealogiæ Illustrium* Dvcvm Lignicensivm *et* Bregesivm *) hæc quæ sequuntur, notauit.*

Extincta Veterum Poloniae Dvcvm Familia, In Popilio, Poloni Sibi Praefecerunt Prastvm, Virvm Hvmili Loco Natvm: Sed Virtvte, Et Ivstitia Excellentem Circiter,

R *An. Do.*

AN. DO. D. CCCXC, Á QVO PRISCA POLONIAE REGVM PROGENIES, SILESIAE DVCES, DESCENDVNT.

Et hæc licet LAVDISMANNVS CONSILIO suo, in honorem Illustrissimorum DVCVM LIGNICENSIVM, & BREGENSIVM (quæ III suis mundanæ peregrinationis DECENNALIB: inserta sunt) inseruisset, à CASPARO KOHL, Poëta vulgari, reprehendi non potuisset.

Semper enim honorandi sunt in scriptis publicis, ij DVCES, ex quorum Ditione quis est originarius.

Et cum in scriptis honoret exteros DVCES, quare non honoraret patriæ DVCES LAVDISMANNVS.

Et hac ratione refutatus sit CASPARVS KOHL, Poëta STETINENSIS vulgaris.

VRATISLAVIA, COR Silesiæ.

Quòd autem VRATISLAVIA Ciuitas illa elegans, atq; populosa, COR Silesiæ dicatur, ideo fit, quod Silesiæ Metropolis sit, & potentiâ præualeat.

Honoranda patria

Et meritò honoranda est ea patria, ex qua quis est originarius.

Et

Et justam habet causam, & firmum, atque solidum fundamentum, quod rationis particeps Poëta impugnare non potest.

Et mirum fuit, hunc parum poëtisantem poëtam, ex supra allegato fundamento, consilium LAVDISMANNI contempsisse.

Libenter videbit idem LAVDISMANNVS, ex quibus fundamentis reprehensuri sint LAPPENHEVSERI, indocti poëtæ, indocti Scribæ, & indocti DROLI *Gallici Consilium eius tertiæ editionis, quod correctius, elegantius, & in* IVRIDICIS, *& in* FEVDALIBVS *auctius, & REGVM & PRINCIPVM* EPISTOLIS *Gallicis ornatius, in illustri* BREGA, *hoc anno, sumptib: LAVDISMANNI, typis mandabitur, & hodierno CÆSARI, hodierno Regi Poloniæ, hodierno Duci Lotharingiæ, hodierno Duci Florentino,* EQVITIBVS AVRATIS MELITAEIS, VENETIS, *& omnibus Romani Imperij Electorib: Catholicis Archiepiscopis, et Episcopis, honoris ergò dedicabitur.*

At ſemper aliquid inuenit Momus, Zoilus, Naſutus, & inuidus, quod carpat, præſertim is, qui nihil ſcribere poteſt.

Et reprehenſio facilis, at imitatio difficilis.

Claudicans, Magiſteriolus Conſilij LAVDISMANNI contemptor exſtens.

Contempſit in illuſtri STETINO Conſilium de Exoticis Linguis LAVDISMANNI, claudicans quidā, & in arte ſpeculatiua optimos Studioſos Germanos deludens MAGISTERIOLVS, et quidem ex hoc fundamento contemſit illud, quòd ſimplicem Latinitatē cōtineret. At Lappenheuſerico, et in pede et in arte imaginatiua, et phātaſtica, et in Marte claudicanti Magiſteriolo à LAVDISMANNO reſponſum fuit.

In Doctrinalibus grāde Genus dicendi non requiritur.

In DOCTRINALIB: grande genus dicendi non requiri.

Et PHILIPPVM Melanchthonem Grandiloquium in Doctrinalib: non adhibuiſſe.

Quidam Lappenheuſerus LAVDISMANNI.

Taxauit quidam LAPPENHEVSERVS CONSILIVM LAVDISMANNI, rarum, atq; rariſsimum, vtile, atque utiliſsimum ideo, quòd contineret quædam DICTA

ta Gallica, & ITALICA *Albis Amicorum inscripta, quale est hoc quod Nobilissimus* DOMINVS JOHANNES *à Petra Magnifisentissimus* DOLANÆ *Regis Hispaniarum Academiæ Burgundicæ Rector anno* 1586 LAVDISMANNO LVTETIAM PARISIORVM *proficiscenti* DOLÆ *inscripsit.*

VIRTVS INSTAR OMNIVM.

JTEM.

Le radici della Virtu sono amare: Mai frutti dulci.

Et responsum fuit LAPPENHEVSERO *à* LAVDISMANNO.

Verum quidem esse, quòd quædam Dicta GALLICA & ITALICA *ex albis Amicorum notata Consilio de Exoticis Linguis inserta fuisse, at ideo inserta à* LAVDISMANNO *vt vsum exterarum Linguarum optimis Germanis Studiosis ea in re demonstrarent.*

Sunt enim nonnulli in ea re admodum Gloriosi, vt Gallica, Italica, nec non Hispanica

Dicta Albis Amicorum inscribant, cum tamen Gallica, Italica, & Hispanica Dicta minus rectè intelligant.

ITALICA DICTA, egregiam aliquā doctrinam continentia, LAVDISMANNVS Italicæ Linguæ Studiosissimus, Scriptis suis inserit, probè ab eo intellecta, non vt gloriosus in dicta Lingua existeret, sed ut aliquo modo optimis Studiosis, in ea vsum demonstraret, et Dictorum Jtalicorum applicationem.

Inflatus quidam et superbus Consilij LAVDISMANNI contemptor existens.

Quidam inflatus, & superbus reprehendit Consilium LAVDISMANNI, propter multa errata, & vitia Typographica.

At respondit ei LAVDISMANNVS, vitia, & errata Typographica, præter ipsius intentum Consilio suo in Typographia LANDTRACHTINGERI STETINENSIS irrepsisse, & illa per publicum ei annexum, scriptum correcta esse.

Et DEO volente, impressio Consilij, et editio tertia, quæ in illustri BREGÆ hoc anno fiet, & correctior, & elegantior, & auctior in publi-

publicum prodibit, omißis omnibus, quæ in prima, et secunda editione pro parergis habita fuerunt.

Et illa totius Romani imperijs STATIB: CATHOLICIS dedicabitur, tanquam RARITAS.

Ad IVRIDICA quantum attinet, Gallicè folio 340. posita, quòd IOHANNIS MERCERII opinio allegata fuerit. Quòd Judex teneatur in Criminalib: potiùs, quàm in Ciuilibus secundum conscientiam judicare. *Ivri: dicvm, folio 340 Gallicè positum.*

Obstat. Eundem semper teneri secundùm acta, & probata procedere.

SOLVTIO.

Vtrumq; verum est, & juxta conscientiam, & juxta Acta, & probata.

Vera namq; est cōscientia illa, quæ sumitur ex fonte legum, quæ procedit à Deo.

Jnde dixit Bald. in c. clerici. Quòd conscientia legis vincat conscientiam hominis, quæ dicitur abusiua, nisi pro se habeat leges. *Baldvs Consciētia Legis, & conscientia hominis.*

Ergo iuxta cōscientiam (intellige Legis, secūdū acta,

acta & probata, quæ cum lege conueniunt) Iudex procedere debet.

Et hæc declarationis loco apponenda fuerũt, ne parum polonisans, parum Gallisans, parumq́; Juridisans Poëta BAVARVS *futuri seculi* ADVOCATVS *contra* MERCERII *opinionem in medium proferret.*

Jnuasit Lappenheuserico judicio BAVARVS POETA *consilium* LAVDISMANNI *de Linguis exoticis, et quidem inepté.*

Cesset BAVARVS POETA *seniorum, & literatiorum Silesiorum* ARTES, SCIENTIAS, & PROFESSIONES *lappenheuserico suo judicio inuadere, cum quilibet de sua propria, & non de aliena arte & professione loqui, et judicare debeat, vti docet sequens* DICTUM ITALICUM.

DICTVM ITALICVM.

Ciacono douar parlare della sua, & non del l'altrui professione.

Der neydische Poët Beyer/ sehe zue/ das er diese artem / vnnd Kunst nicht verliere / seine grosse Baß Geige also zue bestreichen/ das sie jhme Hinden aus ein guten Resonantz gebe/ der jhme nit die Ohren/ sondern die Naselöcher er fülle.

Discat

Discat BAVARVS *literatiores Viros Silesios, terrâ, mariq; iactatos, non contemnere, sed eos respicere, et colere, secundum præceptum hoc Italicum.*

Osseruare, ammirare, corteggiare gli huomini di grande ingegno, di gran doctrina.

Viros magni ingenij, & magnæ eruditionis respicere, admirari, illis benè cupere, & eos colere.

Intermittat LAPPENHEVSERVS *scommatica carmina, contra politioris literaturæ Viros scribere, cum illa non curentur.*

Nam uti pruna ardens, in aquam coniecta extinguitur; ita scomma in clarum virum coniectum, euanescit.

Superet politioris literaturæ Monumentis eum Silesium, quem Academia LIPSICA, *in Authentico Testimonio, clarissimum appellat.*

Politioris literaturæ DOCVMENTIS, *& egregijs consilijs, nomen suum innotescere faciat* GALLIS, ITALIS, HISPANIS, *&* ANGLIS, *uti innotescere facit ijs, per egregia scri-*

pta literatior Silesius, terrâ, mariq; iactatus.

De ponat BAVARVS insolentiam suam, & consideret quòd insolentia ignorantium, per prudentiam sapientium redarguatur, secundum illud Italicum.

Italicum Dictum de insolẽtia ignorantium.

L'insolenza de gl'ignoranti, ribauersi dalla prudenza de saui.

Silesii Literatiores.

SILESIOS LITERATO, terrâ, mariq; iactatos, non contemnat, sed intendat oculos suos in SILESIOS, in HOFEMANNOS, & in OTTONES, qui olim Academiæ LIPSICAE incrementa dederunt: in CVRAEOS, qui ANNALES Silesiæ scripserunt: in MONAVIOS, qui summam solidæ eruditionis laudẽ habuerũt. in HENTZLEROS, qui egregia Itineraria scripserunt: in CRATONES, qui in Aula Cæsaris Maximiliani II. inclaruerunt: in FLORIANOS, qui Aulas Cæsareas frequentarunt: in GEISLEROS, qui CANCELLARIATVS penes Illustres, summa cum laude sustinuerunt. Intendat item oculos suos BAVARVS Poëta in alios Silesios doctos: in GERSTMANNOS, qui propter

propter literatam virtutem ad fastigiũ PRINCIPALIS DIGNITATIS, *&* CAPITANEATVS *supremi in magna Silesia, Provincia Regia, pro moti fuerũt, ad quòd* PRINCIPALIS *Dignitatis fastigium, & Capitaneatus, olim bellicâ* VIRTVTE *ascenderunt, summa cum laude Generosi* DOMINI *de Promnitz: intendat oculos suos in* SCHÖNBRONNEROS, *qui egregia Politica in lucem emiserunt: in* SCHICKFVSIOS, *qui egregias Orationes, in illustri* BREGA *scripserunt, quas* LAVDISMANNVS *Libro suo Politico, qui* STYLVS CVRIAE GERMANICAE EXTRAIVDICIALIS, *&* AVLICVS *inscribitur: intendat oculos suos Poëta* BAVARVS *in* SCVLTETOS: *in* POLANOS: *in* MOIBANOS: *in* WENCELIOS: *in* PITISCOS: *in* PELARGOS: *in* PARAEOS: *in* HEIDENREICHIOS: *in* MENCELIOS: *in* AVRIFABROS: *in* FLEISCHEROS: *in* SCHOLTZIOS: *in* WIDEMANNOS: *in* POLLIOS: *in* CALAMINOS: *in* VRSINOS: *in* COLETOS: *in* QVARTOS: *in* POLEMIOS:

in SARTORES: *in* TILENOS: *in* SEBITIOS: *in* SETZEROS: *in* REIMANNOS: *in* TREVTLEROS: *in* SPECHTIOS: *in* REVSNEROS, *quorum unus in celebri Academia Wittenbergensi, cum laude, viuit: in* SEYLEROS: *in* BVTNEROS: *in* GITLEROS: *in* WIRTHIOS, *quorum unus cum laude non exigua degit in illustri Lipsiaca Vniuersitate: in* HERMANNOS: *in* JESSENIOS: *in* LANGIOS: *in* MENCELIOS: *in* MONTANOS: *in* RENNERTOS, *quorum unus in illustri Academia Wittenbergensi, summa cum laude degit: in* FLAMINIOS: *in* RÖSLEROS, *quorum unus Augustissimi* DVCIS BREGENSIS *Archiater est, & quidem summa cum laude: in* GERICIOS, *quorum unus præclaræ Ciuitatis* BREGENSIS *ordinarius Phisicus, & Medicus existit: in* KOBEROS: *in* SEBITIOS: *quorum unus cū laude in illustri Argentina degit: in* Worselios: in FRIDWALDOS: in HESSOS: in FISCHEROS: in BVCHHOLTZEROS: in GODOFRIDOS *egregios Historicos*: in WOLCKENSTEINIOS: in HELWIGIOS: in ROSINOS: in THILESIOS: in KINNEROS: in RÜDINGEROS, *quorum unus summa cum laude*

laude, in illustri Praga degit, summus LAVDISMANNI Fautor, & Amicus.

Intẽdat deniq; Poëta BAVARVS oculos suos in AVRIMONTANOS SILESIOS: in TROCENDORFIOS: in Thaburnos, olim Illustris Scholæ GOLDBERGENSIS, cæterarum Scholarum Silesiacarum MAGISTRÆ, RECTORES: in Lischwitios: in aula Cæsaris MAXIMILIANI II. LOBSCHÜTZIOS dictos: in WEISEMANNOS, Medicinæ DD. quorum primus in aula Cæsaris Maximiliani II, tempore LAVDISMANNI, quo in Cæsaris Aula vixit, inclaruit: alter in illustri PRAGA cum laude degit: in LEGNEROS DD. JVRIS, quorum unus Parisiis degit:

In SCHÖNWALDEROS EXCELLENTISSIMOS, quorum vnus peregrinator extitit optimus: in CIRCLEROS, quorum unus illustris Gymnasij Academici BREGENSIS Rector extitit: in FEIGIOS, quorum vnus CONSVLORECTOR GOLDBERGÆ cum laude degit, & latina

Oratione adventui Augustissimi Ducis BRE-
GENSIS, ex Regno Galliæ Reducis facti, &
Gubernationem Ducatuum LIGNICENSIS,
& BREGENSIS *publicè gratulatus est, &*
*quidem eleganti, & egregiâ, ab ipso Duce lau-
data, & commendata. Alter verò, filius ipsius,
in illustri* LIPSIA *cū laude degit: in* HIL-
LINGEROS, *quorum unus ad Doctoratus
Gradum promotus est: in* HELMRICH-
IOS, *quorum vnus Græcæ linguæ olim in illu-
stri Gymnasio* GOLDBERGENSI PRO-
FESSOR extitit: in RANTZBACHIOS:
in FECHNEROS: in GRISSAVEROS:
in KIFEROS: in LELFELDOS: in
HYNOCHIOS: in TILENOS LIGNI-
CENSES: & in LAVDISMANNOS
AVRIMontanos, quorum unus EVROPÆ,
et orbis CHRISTIANI *Regnorum, et provin-
ciarum primariarum perlustrator extitit, ter-
râ, mariq́ maximo sæpè vitæ cū periculo, iacta-
tus, & diuersas exteras Nationes frequentauit,
vti & aulas Cæsareas, & Regias, & Illustriū
Curias, qui ad officia, quibus dignitates annexæ
fuerunt*

fuerunt, in aulis illustrium rescriptus fuit, qui spacio 40. annorum extra magnam Silesiam optimè, & feliciter vixit, qui in Castris Hungaricis JAVRINIANO, & COMAROMINIANO, anno 1577, & 1578. vixit, & excursionib: & in TVRCAS inuasionib: Germanorũ Equitum sæpiùs interfuit, qui ad Cæsareas, & illustrium COMMISSIONES tempore pacis, & belli adhibitus fuit, qui salutaria Consilia de Exoticis linguis, de Spirituali, & Mundana peregrinatione scribit: & qui nomen suum per literaria monumenta GALLIS, ITALIS, HISPANIS, & ANGLIS innotescere facit, qui in illustri BREGA (in qua ad Consiliariatum Aulicum Augustissimi DVCIS BREGENSIS, cui non minima dignitas annexa, rescriptus est) TRIADECENNALIA mundanæ peregrinationis, Deo volente in ordinem redacturus est, & hoc anno Eloquia Jllustrium in eadem inclyta Bregensi Ciuitate est editurus, qui Deo volente tria illa millia florenorum, quæ spacio 30 annorum

rum ad peregrinationes exteris in Regnis, & provincijs susceptas, & ad Linguam Gallicam addiscendam, impendit, per monumenta literaria, quæ in lucem emittit, est recuperaturus &, ad pias causas, & ad alimenta Seniorum est legaturus. E cōtra tria millia granatorum sinapi, legaturus est miseris Poëtis BAVARVS POETA, *cum immisericors sit contra eos, & nimis rigorosus in corraschpelatione nummorum, respectu censuræ, quā habet in carmina.*

Et non facilè ad cœlos scandet, immisericors Poëta BAVARVS.

Misericordia scala, per cuius grad9 ad cœlos scā dimus.

Aliàs misericordia scala est, per cuius gradus ad cœlos ascendimus.

Hactenus nominati sunt, & expressi Consilij LAVDISMANNI, *de Exoticis Linguis Contemptores, in quorum numero primarij sunt, et Antesignani* BAVARVS POETA, GARNERIVS, SCRIBA STETINENSIS CAVTIVS, *& claudicans* MAGISTERIOLVS.

Aduersarij LAVDISMANNI, *Con-*

At excreet licet prænimia inuidia, ex misero corpusculo animā suam, paruus ille DROLVS *Galli-*

Gallicus GARNERIVS, optimorum Germanorum in Academia Lipsica perturbator, et excreet præ nimio odio ex ore suo parum polonisans, parum Gallisans, et parum iuridisans Poëta BAVARVS, χεραίκακος, & GARNERII instigator malitiosus, & rumpantur licet, ilia et in pede, & in arte imaginatiua, & in Marte claudicanti MAGISTERIOLO, & intendat omnes ingenij sui vires scopticus ille, & superbus, & vix tria, aut quatuor verba Gallica proferens Scriba Stetinensis CAVTIVS, & irrepat ter, aut quater ex inani terriculamento Dolio Nanceano parum Gallisans PITLINGERVS, procurator Alsaticus, & recubet in nido Wormacensi, & quidem dulciter Tityrus domesticus ALEXANDER SVRIVS, et superbiat in mompilirico suo minus elegāti idiomate Gallico Cācellarius mōpiliric9 pecuniarū Corraschpelator, EQVES in suo limine cordatus, atque cordatissimus: tamen tale Consilium tot Doctrinis instructum, tot Exemplis declaratum, tot NOTABILIBVS de PERSONIS et

T Rebus

silij de Exoticis Linguis Authoris

BAVARVS POETA χεραίκακος.

MAGISTERIOLVS, & in pede, & in arte claudicans.

CAVTIVS Scriba Stetinensis.

PITLINGERVS Procurator, qui doleo Nāceano irrepsit.

ALEXANDER SVRIVS

Rebus Illustrium insignitum, tot diuersis exteris Idiomatib: exornatum, tam pulchro ordine dispositum, & in tot Facultatibus ad vsum translatum, nunquam est editurus, quale edidit LAVDISMANNVS SILESIVS.

Doctrina, et experientia deficiēs.

Quia in vno quolibet eorum deficit Doctrina, & experientia, deficiunt Exempla, & deficit exemplorum debita applicatio.

De qua re securꝰ sit, et certus LAVDISMANNVS.

Et de hac re securus est & certus LAVDISMANNVS, quòd licet totus chorus GALLICORVM BRODFESSORVM in Germania congregetur, tamen nullus in eo cœtu inuenietur, qui tale Consilium conscripturus, & in tot facultatib: ad vsum translaturus sit, quale conscripsit LAVDISMANNVS, & qualiter in tot & diuersis scientijs ad vsum transtulit.

BAVARVS POETA inuidiâ Rabidus. GARNERIVS parvꝰ DROLVS Gallicus.

Inuidus Poëta BAVARVS rabidus furiat contra LAVDISMANNVM, & ei inuideat: & rabidus furiat contra eum, & ei inuideat GARNERIVS Gallus, paruus ille DROLVS; tamen tale CONSILIVM, quale LAV-

LAVDISMANNVS scripsit, nunquam est scripturus.

Fortassis non dissimile aliquando in Italica Lingua est scripturus Consilium idem LAVDISMANNVS, cum quotidie se in Lingua Italica exerceat, & delectetur mirum in modum Italica lectione.

Et nihil impossibile in politiori literatura Homini industrio, si nitatur, si imitetur, si nihil industriæ denegatum esse putet.

Nihil impossibile in politiori literatura.

CONSILIVM Gallicum LAVDISMANNI non contempsit quidem quidam politicus, sed saltem dixit; juniores Reges, principes, Barones, Nobiles, & patricios ex eo linguam Gallicam addiscere non posse.

Quidam de Consilio LAVDISMANNI, quid dixerit.

At illi respondit LAVDISMANNVS. Illud pro ijs PRINCIPIB: BARONIBVS, NOBILIBVS, & PATRITIIS Studiosis, qui aliquos in Studio Linguæ Gallicæ progressus fecerunt, & Linguam Gallicam ad vsum transferre cupiunt, ab eo scriptum esse, & non pro juniorib: juniore Rege Angliæ, ju-

niore Principe, et Rege Sueciæ, pro juniore Rege DANIAE, & pro juniore Rege POLONIAE, pro juniorib: item PRINCIPIB: BARONIB: Nobilib: & Patricijs Germanis, DEO volente, hoc anno, in illustri BREGA, in lucem editurus est LAUDISMANNUS ELOQVIA illustrium Gallorum, & flores eloquentiæ Gallicæ, in locos communes distributos, & sententias Gallicas latinitati ab eo traditas, ex quibus juniores Reges, & Principes Linguam Gallicam, cum Lingua latina, sine omni ordinariorum studiorum remora, & sine omni difficultate addiscent, si non ex toto, tamen ex maiori parte.

Et Exemplaria Crocauiam, et ad omnes imperij Romani Academias, ad vendenda ea rationabili pretio, est missurus idē LAUDISMANNUS, uti ad eas, DEO volente, trans missurus est Consilium de Spirituali, & consilium de mundana peregrinatione, nec non TRIA DECENNALIA mundanæ peregrinationis, cum variæ in illis contineantur sententiæ,

TRIA DECENNALIA mūdanæ peregrinationis.

tentiæ, & Doctrinæ Gallico, & Italico idiomate expressæ, uti & transmissurus est ad eas modum explicandi illustrium Symbola, nec non librum de Spirituali peregrinatione quadam Italica continentem.

LOGICA *quoq;, ad sobriam philosophiam translata, ad Academias Germanicas idem* LAVDISMANNVS *transmissurus est, notata ab eo olim in illustri Schola Goldbergensi, & in alijs Academijs Germanicis.* **Logica ad sobriã philosophiam redacta.**

Et sperat idem LAVDISMANNVS, *ista communicatione, & consiliorum, & eloquiorum Gallicorum publicatione, optimis Germanis Studiosis mirum in modum fructificaturum esse.*

Si scirent optimi Studiosi Germani, quæ ijs communicaturus sit sæpedictus LAVDISMANNVS, *si scirent item juniores politici, & juniores Commissarij, qualia scripta in eorum instructionem, & informationem sæpe nominatus* LAVDISMANNVS *Sexagenarius sit communicaturus, eum in senectute ipsius magis respice-*

 rent,

rent, colerent, & venerarentur.

Quæ illi olim defuerunt, & quæ scit junioribus, & minùs Exercitatis deficere, illa communicat, cum pauci admodum sint communicatiui, & qui optimos Sudiosos juuant.

Regum et Principũ, illustriumq́ Virorũ de Laudismanni, *de Exoticis Linguis Consilio, lata iudicia.* *Rex* Angliæ.

Nunc ad REGVM, PRINCIPVM *& Illustrium* VIRORVM IVDICIA, *de exoticarum Linguarum Consilio* LAVDISMANNI *lata, fit transitus, quibus eneruantur Lappenheuserorum non nullorum, & Drolorum Gallicorum, & Poëtarum parum Gallisantium, & Scribarum indoctorum pueriles censuræ, cum pro illustrium Virorum judicijs (uti alibi dictum) militet præsumptio juris, illa rata & firma esse.*

SERENISSIMVS, *ac potentissimus* PRINCEPS, & DOMINVS, DN. IACOBVS, *huiꝰ nominis primꝰ, Rex* ANGLIÆ, Scotiæ, FRANCIÆ, & HYBERNIÆ, *anno 1612. secunda pentecostes die, in illustri* Londino *in eius MAI. curia, contenta Consilij* LAVDISMANNI *de Exoticis Linguis, in manuscripto oblata, laudauit, &* Nobile Consilivm *appellauit, et voluit, vt illud in Regno eius Anglico*

glico typis mandaretur.

Et cum videret optimus, & literatissimus REX, *à* LAVDISMANNO MAI: *eius Homericum illud attributum esse.*

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Et quædam de ELISABETHA, *Regina Angliæ, à* LAVDISMANNO *notata, cōsilio eiusdem inserta esse, eundē* LAVDISMANNVM *summo amore amplectebatur, & eum egregio honorario afficiebat.*

Insitatā liberalitatē Regis Angliæ Cōmendat LAVDISMANNVS, *& tot eius* MAI: *exoptat felicitates, quot sunt in mari Britannico guttæ, et quot sunt in firmamento cœli stellæ.*

MAGNVS HASSIÆ PRINCEPS, DN. MAVRITIVS, PRINCEPS *Literatissimus (cuius* CELS. *excellenti ingenio, & admirabili judicio, & prudentiâ præditam esse, nec non inclytorum Maiorum suorum, imitatione, ad amplectendum omnis Virtutis decorem, heroico plane impetu ferri, in suis III* DECENNA LIB. *scribit* LAVDISMANNVS *MAVRITIVS HASSIÆ PRINCEPS.*

NVS Contenta CONSILII eiusdem de Exoticis Linguis Anno 1612 OFENBACHII, penes FRANCOFVRTVM, tempore electionis Diui MATHIAE, Romanorum Regis, approbauit.

Johannes Christianus, Dux Bregensis.

AVGVSTVS, & PRVDENS DVX BREGENSIS, DN. JOHANNES CHRISTIANVS, CONSILIVM LAVDISMANNI de EXOTICIS LINGVIS æquiparauit amænissimo horto, ex quo decerpuntur optimi, et odoriferi flores.

Licet autem irruant in eum hortum amœnum, & elegantem BESTIOLAE nonnullæ, parui nonnulli DROLI Gallici, & CAVTII, & CVTII Scribæ Stetinenses, & parum polonisantes, & parum Gallisantes poëtæ Bauari, & quidam in pede, in arte, & in marte claudicantes Magisterioli, & aliquos flores decerpant ex eo horto, tamen eundem hortum penitus destruere non possunt.

Quid Augustũ Ducem BREGENSEM in ægritudi

Idem Augustus, atq; Augustissimus DVX BREGENSIS dixit, se tempore ægritudinis

suæ

suæ lectione reiterata Consilij LAVDISMANNI recreatum esse.

Et misit CELS. ipsius LAVDISMANNO, in signum summi amoris, in puro auro imaginem suam, quam in honorem optimi DVCIS, PRINCIPIS erga eum benigni, & liberalis, sæpiùs gestat idem LAVDISMANNVS.

ILLVSTRIS, & MAGNANIMVS PRINCEPS, & DOMINVS, DN. PHILIPPVS, huius nominis secundus, Stetini, pomeran: Cassub: et Vandal. DVX, RVGIAE PRINCEPS, princeps literatissimus, diuini ingenij dotib: præditus, CONSILIVM LAVDISMANNI de Exoticis Linguis summa diligentia perlegit, primarias in eo Doctrinas, & exempla notauit, & LAVDISMANNVM Consilij Authorem egregio honorario affecit, & LAVDISMANNO in Silesiam proficiscenti, in signum amoris, imaginem suam in puro auro obtulit.

Jam honorificè dictus pius DVX, DOMINVS PHILIPPVS, summus Literatiorum Fautor, & patronus, constans HEROS, & MVSARVM GRATISSIMA PAVSA, 14. Januarij Anno 1516.

V

ne sua recreauerit.

MAGNANIMVS, & literatissimus Pomeraniæ DVX.

PHILIPPVS, DVX Pomeraniæ, Mu

sarũ gratissima pausa.

1516. huius Consilij Authorem ad Festiuitatem suam aulicam magnifico CONVIVIO, pro annuo more aulico, in MEMORIAM TRIVM REGVM celebratam, & institutam, inuitari curauit, in qua Festiuitate, & REGIO LVDO Aulico, LAVDISMANNO per sortem contigit elegans, atq; elegantissima NOBILIS MATRONA, & DOMICELLA, ficti coniugij socia, in cuius corde resiederunt, & adhuc resident multæ GRATIÆ, & cuius mores nondum transiere in BRETANIAM. Cõtigit item illi, in jam dicto LVDO REGIO per sortem PRÆFECTVRA ARCIS STETINENSIS egregiæ, & amplissimæ. Et per sortẽ factus Arcis STETINENSIS præfectus seriò mandauit LAVDISMANNVS MINISTRIS ARCIS, vt quilibet eorum Arcis diligentem Custodiam haberet, et suum officium rectè & fideliter expediret.

Festiuitas Aulica pomeranica.

REX per sortem electus, cũ Regina sua mensæ assedit, Regio apparatu, cui ante mensam sæpius inseruiuit MAGNANIMVS DVX, DOMI-

Per sortẽ in ludo Regio aulico Stetinensi, LAVDISMANNVS Stetinẽsis Arcis factus præfectus.

MINVS PHILIPPVS, *LAVDISMANNI summus fautor.*

Ægrè tulit illud LAPPENHEVSERICVS SCRIBA CAVTIVS, LAVDISMANNO *extero tantum honoris in aula optimi* PRINCIPIS, DOMINI PHILIPPI *exhiberi, et quòd sæpiꝯ optimꝯ Dux, et præstãs* PRINCEPS *& HEROS in mensa sua de diuersis* REBVS *ita gratiosè, & ita doctè contulerit, & eum in Pomerania, ut maneret, ex hortatus fuerit.*

Ægrè quid in illustri STETINO *tulerit,* LAPPENHEVSERICVS *Scriba* CAVTIꝯ

FRANCISCVS DVX *Pomeraniæ, Episcopus* CAMINENSIS, PRINCEPS HVMANVS, & BENIGNVS, LAVDISMANNVM in CVRIA STETINENSI, cum sua PRINCIPISSA ELECTORIS SAXONICI SORORE, PRINCIPISSA *benigna, atque gratiosa excepit, et amore propter Consilium de exoticis Linguis, Stetini impressum, amplexus est, vti fecit in ea Curia* STETINENSI BVGISLAVS, DVX POMERANIÆ.

FRANCISCVS *Dux Pomeraniæ*

PHILIPPVS IVLIVS, DVX *Pomeraniæ, Princeps Rugiæ, Dux Magnanimus in illustri* STRALSVNDO *egregia Ciuitate*

Philippꝯ Iulius Dux pomeraniæ, princeps magnanimus.

Maritima LAVDISMANNVM, CONSILII *de exoticis* Linguis *Authorē supradicto Anno benignissimè excepit, eum in aula sua vltra mensem detinuit, & in ea liberaliter, atque liberalissime aluit, & tractauit, & propter oblatum Consilij de exoticis Linguis Exemplar, egregio honorario affecit, & eum per Ditiones suas ad Ciuitatem Stetinensem transuehi, & in Monasterijs suis, & præfecturis liberaliter tractari curauit.*

Dominꝰ CASIMIRVS, *Comes de* ERBBACH, *exteris, Linguis excultissimus.*

GENEROSVS, *& illustris* COMES, DOMINVS CASIMIRVS, COMES de ERBBACH, *egregius Gallicus, Italicus, Hispanicus, et Anglicus peregrinator, exteris Linguis excultissimꝰ, in aula Illustrissimi Ducis pomeraniæ,* DOMINI PHILIPPI IVLII *degens, contenta* CONSILII *de Exoticis Linguis* LAVDISMANNI *plena Doctrinis, et Exemplis esse dixit, & ideò tanquam rarum atq; rarissimum* Laudauit, *diuerso idiomate Gallico contulit cū* LAVDISMANNO *gratiosus, et literatus, atq; literatissimꝰ* COMES *de* ERPPACH, *et ab eo* LAVDISMANNVS

MANNVS egregio honorario fuit affectus.

Et dixit in ipsius præsentia Celsissimus DVX, PHILIPPVS JVLIVS, si LAVDISMANNVS, in ipsius Consilio de exoticis Linguis, eum tanquam peregrinatorem Italicum allegasset inter DVCES Pomeraniæ, et in eo retulisset, qua ratione PRAESVL ROMANVS PAPA, Romæ, magnifico conuiuio eum excipi curasset, amplius, & numerosius HONORARIVM LAVDISMANNO obtulisset.

Celsissimo Dux Pomeraniæ, DN. Philippo Jvlivs, quid dixerit.

Satis amplum extitit honorarium, quod LAVDISMANNVM exhilerauit.

Semper autem exhilarantur Viri docti donis Illustrium.

Propter tot exhibitos aulicos honores, et propter tot benignitates, quæ LAVDISMANNO sexanario, & extero, ab illustrissimis, celsissimis, benignis & gratiosis DVCIBVS Pomeraniæ obuenerunt, LAVDISMANNVS in residuo vitæ suæ curriculo, pro illorum prosperitate, & longæua vita, DEVM Opt: Max: est rogaturus

Quare LAVDISMANNO pro lõgæua vita illustriss: Ducum Pomeraniæ, DEVM rogaturus est.

rus, & eorum LIBERALITATES, uti et inuſitatam Liberalitatem Sereniſsimi Electoris BRANDENBVRGICI, in III ſuis Decennalibus mundanæ peregrinationis, quæ in illuſtri BREGA imprimentur, laudaturus.

Optimos, benignos, gratioſos, & pios DVCES Pomeraniæ beet DEus, & in hoc, & in altero ſeculo.

In illuſtri Aula Illuſtriſsimi DVCIS Pomeraniæ, DN. PHILIPPI JULII, degit optimus Gallus, Principi charus, atque chariſsimus, qui LAVDISMANNVM patrem appellauit, dicendo MONSIEUR mon pere.

Et verè patres appellandi ſunt, qui patriæ proſunt & qui in ſenectute egregia literaria monumenta ad fructificandum Reipub: literariæ in honorẽ patriæ, emittunt, ex qua ſunt originarij.

Reuerẽdiſsimus Epiſcop9 Spirẽſis, Cameræ imperalis JVDEX.

REVERENDISSIMVS PRINCEPS, & DOMINVS, DN. PHILIPPVS CHRISTOPHORVS à Sötern, EPISCOPVS SPIRENSIS, PRÆPOSITVS WEISSENBVRGENSIS, Cæſareæ MAI: CONSILIARIVS, Auguſtus Auguſtæ Cameræ Imperaliis JUDEX,

PRIN-

PRINCEPS literatißimus, exteris Linguis excultus, atque excultißimus, summus LAVDISMANNI PATRONVS, accepto primæ & imperfectæ editionis CONSILI Exemplari, quod LAVDISMANNO in illustri STETINO dedit præclarus VIR DOMINVS PRITZ, J.V.D. & Judicij præses, misit STETINVM versus LAVDISMANNO consilij Authori altum, & subauratum poculum.

Et placuerunt optimo Principi, et literatißimo EPISCOPO (qui LAVDISMANNVM in aula sua per residuum vitæ ipsius curriculum honestè alere voluit) CONTENTA Consilij.

Quid autem REVERENDISSIMA eius CELSITVDO de TALENTO LAVDISMANNO diuinitus dato, & de LAVDISMANNI ITINERE in ITALIAM ad videndam Romam, & videndas Romanorum ANTIQVITATES & Videndam VENETORVM Ciuitatem, & Rempub: suscipiendo ad eundem scripserit, testantur REVERENDÆ eius CELS: literæ 14 Septēb: Anno 1615, in Arce VDENHEIMENSI scriptæ, & ab illustrißimo DVCE Pomeraniæ,

DE TALENTO LAVDISMANNO diuinit9 dato quid Reuerēdißim9, Episcop9 Spirēsis quid scripserit.

DOMI-

DOMINO PHILIPPO, & ab Augustissimo DVCE BREGENSI, Anno 1617. in illustri Aula Bregensi lectæ.

Magnifici senatꝰ Dantiscani literæ ad LAVDISMANNVM scriptæ.

Quàm egregias autem Literas LAVDISMANNVS in illustri STETINO, Anno 1615, à Magnifico SENATV illustris DANTISCANÆ CIVITATIS, & quàm egregium, & aureum munus, propter DIVI LVTHERI CATHECHISMI quatuor Linguis, Germanicâ, Latinâ, Gallicâ, et Italicâ in lucē editi, Dedicationem, ab amplissimo DANTISCANO SENATV acceperit, testantur literæ Dantiscanæ, nomine amplissimi senatus ad LAVDISMANNVM exaratæ.

Et mirum est dictu, quantus Honor LAVDISMANNO, in MARITIMIS CIVITATIB: primarijs, & in Regno Daniæ exhibitus fuerit, & quot, & quanta DONA, & MVNERA propter Consilij Exemplaria, ei oblata fuerint.

Illustrissimus Princeps, Dominꝰ IANVSIVS RADZIVILꝰ

ILLVSTRISSIMVS, & CELSISSIMVS PRINCEPS, & DOMINVS, DOMINVS IANV-

IANVSIVS RADZIVILVS, DVX BIRSE, PRINCEPS *literatissimus, in illustri* DANTISCO, *Anno 1614. cum aula sua degens*, CONTENTA CONSILII *à primario suo Aulico, oblata Laudauit , & aureo munere, & dono fuit affectus* LAVDISMANNVS.

Illustris, & Generosus DOMINVS, DN. THOMAS ZAMOSCIVS, *Magni quondam totius Regni polonici* CANCELLARII, *& supremi in eodem Regno polonico Exercituum* DVCTORIS, *filius in egregia , & illustri Ciuitate Stetinensi, aliquandiu cum Aulicis suis degens, 20. Februarij, Anno 1615, accepto primæ editionis Consilij de Exoticis Linguis Exemplari, contenta Consilij præstantissima esse dixit, &* LAVDISMANNVM *amore amplexus est, & eum egregio Munere, & Dono affecit.* *Illustris, & Generoso* DN. THOMAS ZAMOSCI9.

Quanta LIBERALITAS à LEGATO REGIO POLONICO, *in diuersorio Honestæ Viduæ Zimmermannianæ , in illustri Stetino in* LAVDISMANNVM, A BA- POLONICI *Regij Legati Liberalitas erga* LAVDISMAN

X RO-

NVMex-ercitata in illu-stri STE-TINO.

RONIBVS nonnullis, & à LIBERIS DOMINIS AVSTRIACIS, aulam Illustrissimi DVCIS, DOMINI PHILIPPI quotidiè visitantibus, in diuersorio WESTPHALI, in eum exercitata fuerit, & in conuentu prouinciali Pomeranico, quot munera LAVDISMANNO à Ciuitatibus, & primarijs Nobilib: in inclyto Stetino obuenerint, sciunt multi Boni VIRI Stetini degentes.

Nobilis DN. Hie-ronymus à BIRCK-HOLTZ, Reginæ Sueciæ consilia-rius.

NOBILIS, & præclarus VIR, DOMINVS HIERONYMVS à BIRCKHOLTZ, Reginæ SVECIÆ Consiliarius intimus, exquisiti judicij VIR (vti est DOMINVS DICKENSONIVS, REGIVS ANGLICVS LEGATVS) in celebri STETINO primam Consilij partem à LAVDISMANNO accepit, & eum egregio honorario affecit, & in SVECIAM misit.

Hinc factum, vt Regina SVECIÆ LAVDISMANNVM, per Nobilem DOMINVM de BIRCKHOLTZ, ad junioris Regis, & Principis Sueciæ informationem in idiomate Gallico vocari curarit.

DICKEN-SONIVS,

Illustris VIR DN. JOHANNES DICKENSONI-

SONI-

SONIVS REGIÆ MAIES: ANGLICÆ Legatus, VIR magni ingenij, & summæ prudentiæ, exterarum linguarum peritissimus, in illustri Stetino, LAVDISMANNVM ad cænam vocari jussit, & inter cænandum cum eodem diuersa idiomate Gallico, & latino doctissimè contulit, et Consiliũ eius de Exoticis Linguis, rarum, atque rarissimũ esse dixit, & suasit, vt illius Dedicatio literatissimo Regi Angliæ fieret. Regis Angliæ legatus.

Et dixit se LAVDISMANNVM commendaturum esse à MONSIEVR WINWOD cheualier, Principal Secretaire de sa MAIESTÈ de la grande BRETAGNE, DOMINO WINWODIO, Equiti Aurato, MAIESTATIS REGIÆ, Magnæ BRITANIÆ primario SECRETARIO. DOMINO WINWOD EQV: Regis Angliæ, supremo Secretarius.

DOMINVS ZAMOSCIVS, Magni ZAMOSCII, totius Regni polonici Cancellarij filius, in illustri Stetino Consilium dedit, vt Regiæ MAIESTATI POLONICÆ, CONSILIVM de mundana peregrinatione, & juniori Regi POLONIÆ, ELOQVIA Illustrium Gallorum, & con- DN. ZAMOSCIVS.

REVEREND. DN. JACOBVS ZADZY, Episcop⁹ in polonia. DN. FELIX KRISKY Statuum poloniæ Cancellarius.

et consilium de mundana peregrinatione, Reuerendo in Christo patri, DOMINO JACOBO ZADZY, Episcopo Regni polonici primario, et Statuum Regni supremo CANCELLARIO, DOMINO FELICI KRISKY, librum aliquem dedicaret, & dixit eum egregia DONA, & MVNERA consecuturum esse.

ANNA SVECIÆ REGINA, DIVI LVTHERI doctrinæ addicta.

ANNÆ Illustrissimæ SVECIÆ REGINÆ, VIRGINI, hodierni Regis poloniæ SORORI, WARSAVIÆ per Generosum & Nobilem Dominum GABRIELEM POSE, aulicum, Reginæ Sueciæ Cameræ ministrum, LAVDISMANNVS ex illustri STETINO CATECHISMVM DIVI LVTHERI, in quatuor Linguis, ab eo editum, præsentari curauit, cum humilima Dedicatione, STETINI typis f..ādatum, cuius dedicationis causa egregium munus à Regina Scueciæ LAVDISMANNO est transmissum.

Dn. SPEMANN⁹, EQV: Aur: Cõsul DANTISCAN⁹

JLLVSTRIS VIR, DOMINVS SPEMANNVS, EQVES AVRATVS, CONSVL REGIÆ CIVITATIS DANTISCANÆ, contenta Consilij de Exoticis Linguis in prima editi-

editione, & Lipsica impressione laudauit, & egregium munus nomine Amplissimi SENATUS DANTISCANI LAUDISMANNO obtulit.

NOBILIS PRAECLARUS, & Magni Iudicij VIR, HIERONYMUS VÖGLERUS, in illustri HAMBURGO CONSUL, CONTETA Consilij LIPSIAE impressi, laudauit, & egregium munus LAUDISMANNO, nomine amplissimi Senatus HAMBURGENSIS, obtulit. | DN. Hieronimus Vög. LERUS, CONSUL HAMBURGENSIS.

EMINENS VIR, DOMINUS VINCENTIUS MÜLLERUS, VIR CONSULARIS, Gallicè, Italicè, et Hispanicè loquens, & primariæ Authoritatis VIR, DOMINUS SEBASTIANUS à BERGEN, prudentissimus CONSUL HAMBURGENSIS, summus LAUDISMANNI fautor, & patronus, contenta Consilij primæ partis, approbauit. | DN. VINCENTIUS MÜLLERUS, CONSUL Hamburgensis. Dn. SEBASTIANUS à Bergen, cõsul Hãburgens:

BORDINGIUS J. V. D. antehac Megapolitani Ducis CANCELLARIUS, nunc | Dn. BORDINGIUS

 Consul

Consul Lubecensis.

Consul Lubecensis, magnæ Authoritatis Vir, (qui LAUDISMANNO Honorarium in Rosatis Anglicis consistens, perpræclarum Virum, Dominum Laurentium Müllerum, J. V. D. Consulem, nomine amplissimi, & Magnifici Senatus Lubecensis offerri curauit, Consilium LAUDISMANNI rarum esse dixit.

Dn. Sabel, Consul Bremensis

Magni nominis Vir, Dn. Sabel, Consul Bremensis, consilium LAUDISMANNI legens, commendauit.

Senatus Augustanæ Ciuitatis Sueuiæ.

Amplissimus Senatus elegantissimæ Ciuitatis Augustanae, (in qua aliquandiu feliciter olim vixit LAUDISMANNUS) Consilium hoc approbauit, & libenter in ea Exercitamenta Linguæ Gallicæ, vel in illustri Praga, vel in paruis illis Venetiis Germanicis, Hamburgo, & Amstelodamo, propter ditissimos Mercatores, & eorum filios instituisset idem LAUDISMANNUS, si ad conditionem aulicam Bregensem,

cui

cui Dignitas ineſt, vocatus non fuiſſet.

In AVGVSTA VINDELICORVM, *propter egregias Typographias, & propter liberaliſsimos* FVGGEROS *maximam commoditatem habuiſſet* LAVDISMANNVS.

Et gaudet ſibi idem LAVDISMANNVS, *quòd in diuerſis locis gratus, & acceptus ſit, propter profeſsionem Gallicam.*

In illuſtri ROSTOCHIO, *Ciuitate maritima præclara (in qua bona Cereuiſia coquitur)* VIRI CONSVLARES, *ob oblata duo conſilij primæ editionis Exemplaria, egregium munus* LAVDISMANNO *offerri curarunt.*

Idem factum ab ampliſsimis CONSVLIB. *Regiomontanæ, primariæ* BOROSSIAE *Ciuitatis.*

Et egregium ab ELBINGENSIB: CONSVLIB: idem LAVDISMANNVS *honorarium accepit.*

DOMINVS CONRADVS ALSACVS, *Academiæ Hafnenſis* RECTOR MAGNIFICVS, *contenta conſilij de Exoticis Linguis*

AVGVSTA VINDELICORVM egregias Typographias habens.

VIRI CONSVLARES in illuſtri ROSTOCHIO.

VIRI CONSVLARES Regiomontanæ Ciuitatis Boruſsiæ.

CONRADVS ALSACVS Academiæ Haf-

primæ

primæ editionis legens, approbauit, et LAVDISMANNO, *nomine* ACADEMIÆ *honorarium decem Talerorum obtulit, & Stetinum versus ei duos* ROSATOS *Anglicos, per* SCHEFFERVM, *mercatorem Stetinensem, propter quatuor exemplaria Catechismi Diui* LVTHERI, *quatuor diuersis Linguis in lucem editi, ad Academiam transmissa, misit, vti misit* STETINVM *versus, propter quædam Exemplaria Catechismi egregium honorarium, amplissimus Senatus* DANTISCANVS, & ARGENTINENSIS *in puro auro consistens.*

Edat modò quis egregios libros, & transmittat eos ad Senatus, & Academias exterarum prouinciarum, & de Rosatis Anglicis, de optimis Taleris imperialib: & aureis nummis non sit sollicitus.

Ad sufficientiam exteris in Regnis, & prouincijs, in quibus Artes amantur, et literati, & terrâ, mariq; jactati Viri, magnifiunt, DONA, & MVNERA, *modò vtiles, & egregij Libri*

edan-

edantur eorum Authorib: offeruntur.

Quâm egregium DONUM aureum, REX DANIAE, et Regni Daniæ Cancellarius LAUDISMANNO Consilij de Exoticis Linguis Authori, in Ciuitate Hafnensi, Daniæ Metropoli, et quàm egregium munus in Illustri Ciuitate GUSTRAW, DUX MEGAPOLITANUS, DN. JOHANNES ALBERTUS, eidem LAUDISMANNO offerri curarit, sciunt illi, qui Aurea dona, et munera obtulerunt. *Rex Daniæ donum Laudismanno oblatum Hafniæ. Dux Megapolitanus Laudismanno donum offerens.*

DOMINUS FRÖLICHIUS PRITZ J. V. D. Vir præclarus, et doctus, JUDEX STETINENSIS: uti & DOMINUS GEORGIUS PALBITZKY Aduocatus STOLPENSIS, Vir doctus, & præclarus, utile atq; utilissimum esse CONSILIUM de Exoticis Linguis LAUDISMANNI. *Frölichius Pritz J. V. D. Georgius Palbitsky*

Egregius CONSUL STETINENSIS CLEMENS MICHAEL J. V. D. dixit, tale CONSILIUM, quale est LAUDISMANNI de Exoticis Linguis, in STETINENSI CIVITATE nunquam typis mandatum fuisse. *Consul Stetinensis J. V. D.*

Et claritatem introduci Ciuitati Stetinensi, si *Claritas qua rati*

 tam

tam egregia SCRIPTA *in ea typis mandari curent*, VIRI CLARI, *docti*, & RARI.

Quid de CONSILIO LAVDISMANNI *de Exoticis Linguis, antehac in illustri Lipsia praeclari, et docti* VIRI *senserint, testantur eorũ carmina, Cõsilio de Exoticis Linguis praefixa.*

Quid de eodem Consilio WINTERVS, COMES PALATINVS, *J. V. D. optimi, & literatissimi Ducis Pomerariae*, DN. PHILIPPI, *Consiliarius aulicus: quid de illo* HERLICIVS *Medicinae Doctor, et Astronomus insignis, & alter Ptolemeus: quid deniq; de eo sentiat* HILDEBRANDVS *Stetinensis Medicinae Doctor, illius carmine, consilio quod annexum est, docetur.*

PHILIPPVS RHETIVS *Stetinensis, 16. Aprilis praesenti anno, ex illustri* VRATISLAVIA *ad* LAVDISMANNVM BREGAM *versus, haec, quae sequuntur scripsit.*

PROCERVM SILESIAE *eloquia testimonio sunt, imò &* SCRIPTA *tua, quae à multis magna jucunditate leguntur, profitentur solidam tuam eruditionem, & qui de tua felicitate dubitat, consulat modò tuam* FAMAM *quae ferè, & verè*

ad

one introducatur STETINENSI CIVITATI.

WINTERVS, *J. V. D. Comes palatinus* HERLICIVS *alter Ptolemaeus.*

PHILIPPVS RHETIVS STETINENSIS *Iuris cãditatus in Silesia degens.*

PROCERVM SILESIAE *de* LAV-

ad omnes mundi Angulos peruenit, quæ et breui tempore, si quando cætera tua SCRIPTA lucem videbunt, illustrior reddetur.

Et cui non notum est, qualia emolumenta præbueris literariæ iuuentuti, qualemq; Doctis, & indoctis vtilitatem contuleris, ille CONSILIVM tuum de Exoticis Linguis integrum, & perfectum consulat, legat, & relegat, Hoc vnicum enim opus à te confectum cæteris omnib: eruditorũ VIRORVM Scriptis palmam præripit.

Vlterius Scribit Rhetius IVRIS candidatus.

Magno desiderio multos præstantes VIROS exoptare audiui, vt antequam morerentur, tua Scripta, inprimis de SPIRITVALI PEREGRINATIONE, legerent.

Aliter STETINENSIS, PHILIPPVS RHETIVS, IVRIS STVDIOSVS, egregiorum parentum filius, & literatus, atq; doct9 sentit de LAVDISMANNO, quàm sentit scopticus, & illiteratus Scriba STETINENSIS CAVTIVS, & CVTIVS, CALVMNIATOR, LVCII PVTII infernalis filius, qui nihil aliud scit, quàm doctos, & præstantes VIROS irridere, & calumniari.

DISMANNI CONSILIO ELOQVIA.

Præstantiũ multorũ Virorũ desideriũ.

PHILIPPVS RHETIVS aliter de LAVDISMANNO quàm CAVTIVS, & CVTIVS scriba sentiens.

Calvmniatoris *morſus non curat* Lavdismannvs*, exemplum* Alexandri *imitans, quod Gallicis verbis hoc loco inſerere voluit* Lavdismannvs.

Exemplum Alexãdri. à Lavdisnanno *Gallicè allegatum.*

Alexander entendant, quaucuns parlocent mal de luy, il ne monſtra aucun ſemblant de vengeance: mais reſpondit ſagement, & auec vne Royale modeſtie, quil appertenoit au Roy de faire le bien, & entendre le mal.

Et quòd Conſtantes, et prudentes Viri*, non curent calumnias inuidorũ, et calumniatorum, ſequens* Dictvm Italicvm *docet.*

Gli huomini conſtanti, & ſaui, non dar luogo alle calunnie, dell' inuidioſo, et de maligni.

Scommatica Carmina *nonnullorum* Lappenhevserorvm, *non curat* Lavdismannvs, *Regib: principib: & procerib: Romani Imperij de meliori nota notus, & commendatus.*

Et quemadmodum ardens pruna in aquam coniecta facilè extinguitur, ita in puram vitam, & in Virum Virtuoſum, modeſtum, doctum & pium, ſcomma coniectum facilè euaneſcit.

Non

Non curat idem LAVDISMANNVS *Sexagenarius, nonnullorum sciolorum, & qui nihil scribere possunt, irrisionem.*

Et quod homines minùs experti, & minùs docti literatiorum Virorum irrisores, ipsimet ridiculi fiant, docet sequens ITALICVM DICTVM: *Gl' huomini inesperti, & ignoranti, farsi meritamente ridiculi.* *Italicum Dictum*

Non curat item sæpedictus LAVDISMANNVS *osores.*

Et degeneres animi, dum aliorum, qui ad Virtutem enituntur, splendore perstringũtur, nec æmulari queant, odio eos prosequuntur. *Degeneres animi.*

Non æmulos veros, sed saltem Osores habent Viri Literatiores.

Scripsit LAVDISMANNVS CONSILIVM *de* EXOTICIS LINGVIS, *quod partim consistit in propria experientia: partim in propria & diligenti Notatione de* PERSONIS, & REBVS *illustrium, in quibus etiam consistunt III ipsius* DECENNALIA *de* MVNDANA PEREGRINATIONE. *Consilium Laudismanni de Exoticis Linguis, in quibus consistat.*

At STYLVS CVRIÆ *Germanicæ Extraiudicialis, qui* HOFSTYLVS *inscribitur, consistit* *Stylus curiæ Germa-*

nicæ LAVDISMANNI in quib9 ille consistat.

partim in propria ſcriptione, & propria, et quidem diligenti notatione, partim communicatione illuſtrium VIRORVM, *in aulis Cæſareis, & Regijs, & Curijs Germanicis, Gallicis, & Jtalicis & in* PARLAMENTIS HISPANICIS, & GALLICIS, CONSILIVM LAVDISMANNI *de Exoticis Linguis ad vſum translatum eſt,* in THEOLOGICIS, in OECONOMICIS, in POLITICIS, in IVRIDICIS, in MATRIMONIALIB: in MILITARIBVS, in PERSONALIB: in IOCOSIS, & SERIIS NARRATIONIB: in ELOQVIIS *illuſtrium: in* FLORIBVS *terſæ eloquentiæ Gallicæ, à politiorib. aulicis (quos* CVRTISANOS *appellant) adhibitis, & à* LAVDISMANNO *in Curia Regis Galliæ notatis.*

Transferat ad vſũ in tot DISCIPLINIS SCOPTICVS *quis, in Lingua Gallica, vel in Lingua Jtalica* CONSILIVM, *laudem merebitur penes Reges, & principes.*

Et fortaſsis idem LAVDISMANNVS *ſtudio Linguæ Jtalicæ addictus, atque addictiſsimus, eadem ratione, ſumma tamen breuitate, in tot Diſciplinis* CONSILIVM *ſuum aliquan-*

aliquando in Italico idiomate, est ad vsum translaturus.

Quia nihil arti, & industriæ denegatum est. Et mirum est dictu, quantum præstare posit homo literatus, & industrius, si imitetur si ingenij sui vires intendat, & nihil arti & industriæ nihil denegatum esse putet.

Arti, & industriæ nihil denegatũ.

Quando nonnulli Italica callentes, à LAVDISMANNO interpellantur, vt tale Consilium in tot Disciplinis in Italico idiomate ad usum transferant, in sui, & aliorum informationem, et vtilitatẽ, qui Italica addiscere cupiunt, respondent ei, sibi non vacare tempus, quò talia CONSILIA, quæ LAVDISMANNVS edit, in lucem emittere queant.

Nõnullorum Interpellatio LAVDISMANNI ad scribendũ in Italico idiomate Consiliũ.

At calua hæc est excusatio, Si in propria experientia haberent BONI ILLI SOCII, tot Res visas, & in propria notatione haberent tot Doctrinas, quot in propria experientia, & in propria notatione habet LAVDISMANNVS, & talia in Lingua Gallica CONSILIA de Exoticis Linguis, de Spirituali, & mundana peregrinatione, & talia DECENNALIA, qualia scribet

Quid nō nullis Bo-NIS So-CIIS *de-ficiat.*

ſcribet in Illuſtri BREGA LAVDISMANNVS, *ſumma cum laude , & ſumma cum vtilitate, in lucem emitterent.*

At illis BONIS SOCIIS, & BONIS BONIFACIIS, *deficit experientia propria, & Notatio propria, Deficit in illis Doctrina, deficiūt in illis etiam Exempla, & deficit in illis Exemplorum applicatio.*

Qua oratione breui, & ſuccincta, & latina Anno 1612. in campo, et territorio Bregenſi, nomine Auguſtiſsimi DVCIS BREGENSIS, DOMINI IOHANNIS CHRISTIANI, *adventui Magnanimi , & benigni, & gratioſi Ducis* LIGNICENSIS, DOMINI GEORGII RVDOLPHI, *gratulatus fuerit, & quid ei nomine jam honorificentiſsimè dicti* DVCIS LIGNICENSIS, *à Strenuo, & literato, atq; literatiſsimo* EQV: *Sileſiaco,* ADAMO *à* STANG, *antehac illuſtriſsimi* DVCIS BREGENSIS MARESCHALLO, *reſponſum fuerit, percipit benignus* LECTOR *in Conſilio* LAVDISMANNI, *de Exoticis Linguis ſcripto.*

Qua

Qua ratione LAVDISMANNVS Lustrationem selectioris exercitꝰ Electoralis PALATINATꝰ militari modo belgico in cāpo, qui Lāperter Heide appellatur, à Serenissimo ELECTORE PALATINO FRIDERICO IIII, Anno 1609. institutam viderit, & descripserit, docet Liber egregius, qui HOFSTYLVS intitulatur, in Classe de Rebus militarib.

Qua ratione autē propter eam descriptionē Serenissimꝰ Elector Palatinꝰ Laudismannum amauerit, et honorariô affecerit, et eū in Dicasterium aulicū electoralis palatinatꝰ, per rarū, atq; rarissimū Virū, Doninum Hippolytū de Collib: introduci, et Aduocatorū numero inseri curarit, sciūt nōnulli præclari Viri Heidelbergæ degētes.

Et habuisset idem LAVDISMANNVS, in illustri HEIDELBERGA, tot commoditates, quot habuit in inclyta ARGENTINA, si VERONICA Nobilis HECTORIS VOGLMANNI, eò cū suppellectile sua instructissima, ad sollicitationē, & petionem LAVDISMANNI se contulisset.

Libertatem habuisset in causa Religionis, quā habuit idem LAVDISMANNVS in electorali pa-

LVSTRATIO Exercitꝰ Electoralis palatinatus à LAVDISMANNO descripta.

Propter quā causam Serenissimꝰ Elector palatinus LAVDISMANNū amauerit.

QVAS commoditates LAVDISMANNꝰ in illustri HEIDELBERGA habere potuit.

lipalatinatu semper dilectus, & amatus, uti & in illustri SPIRA, in qua residet cameræ Imperialis JUDEX AUGUSTUS, summus LAUDISMANNI PATRONUS, EPISCOPUS SPIRENSIS.

CAPITA PACIFICATIONIS inter Regē Hispaniarum, & Status BELGICOS initæ in Germanicū sermonem à LAUDISMANNO trāslata.

Qua ratione LAUDISMANNUS in illustri HEIDELBERGA, iussu Serenissimi Electoris, capita pacificationis inter Regem Hispaniarū, & potentes STATUS Belgicos initæ, in Gallico idiomate à MAURITIO NASSOVIÆ, Serenissimo electori transmissa, ad genuinum sensum deduxerit, propter quædam vocabula obscura, & quomodo in Germanicum sermonem transtulerit, docet Laber rarus, qui HOFSTYLUS inscribitur.

PROCESSIO solēnis ANTVERPIÆ à LAUDISMANNO descripta.

Quomodo, & qua ratione sæpe nominatus LAUDISMANNUS, PEREGRINATOR ANGLICUS & BELGICUS, PROCESSIONEM solennem ANTVERPIÆ Anno 1612. DIE TRINITATIS institutam in particularitatibus suis notarit, & descripserit, docet Liber qui nominatur HOFSTYLUS.

Qua ratione LAUDISMANNUS ACTUS HOSTILITATIS ab ALBANIS, HISPANIS,

NIS, ITALIS, GALLIS, BURGUNDIS, & LOTHARINGIS, tempore hostilis inuasionis GUYSICAE, in miseros subditos DITIONUM MONTISBELGARDICARUM, plus quàm Turcicæ exercitatæ Crudelitatis, gallico, & latino idiomate, Anno 1587, tunc CONSILIARIUS Aulicus, & penes GUYSIUM Tyrannum COMMISSARIUS MONTISBELGARDICUS existens, descripserit, manifestum fiet benigno LECTORI, in III. LAUDISMANNI DECENNALIB: mundanæ peregrinationis, quæ consistent in propria LAUDISMANNI Experientia, in 40. annorum spacio, ab eo extra magnam Silesiam, exteris in Regnis, & prouincijs VISIS, et in Cæsareis, Regijs, Electorum, & PRINCIPUM CURIIS, nec non Regis Hispaniarum DOLANO, & Regis Galliæ parlamento PARISIENSI, ab eo diligenti studio notatis, & in Doctorum Virorum in mensis illustrium de diuersis Rebus politicis cum eo habitis Colloquijs.

Actus Tyrãnici GUYSII, à LAUDISMANNO descripti.

III LAUDISMANNI DECENNALIA mũdanæ peregrinationis, in quibus rebus cõsistent.

Quæ præcepta juniorib: & minùs expertis COMMISSARIIS sit daturus idem LAUDISMANNUS, de rectè expediendis coram illu-

QUÆ Præcepta LAUDISMANNO juni

strib:

...oribus Cõmissarijs sit datu-rus. *strib: commissionum causis, & qualia Exempla proponendi, & deducendi commissionum causas, & qua ratione, & quibus Iuris fundamentis, & Rationib: commissionum causæ defendendæ sint, videbit benignus* LECTOR, *in egregio* LAUDISMANNI LIBRO, *qui in lucem prodibit, & qui expediendarum* COMMISSIONUM PROCESSUS *inscribitur.*

CONSILIUM *de* EVOCATIONE *causarũ.* *Quale* CONSILIUM *Juridicum, de* EVOCATIONE CAUSARUM, *in casu Aulico satis arduo,* LAUDISMANNUS *scripserit, docens, quomodo causæ, super quib: etiam lis contestata fuit, ex aulis Romani Imperij* PRINCIPUM *euocari, et in Augusto, et supremo Romani Imperij justiciæ Throno, & judicio intentari debeant, videbit id* BENIGNUS *lector annexum iis Consilijs, quæ spacio 30. Annorum, in Arduis causis, & casibus, in Aulis illustrium, et in quibusdam Imperialibus Ciuitatibus, in sui ipsius informationem, diligenti studio notauit, & quæ in lucem est emissurus.*

LAUDISMANNO *Cameræ Imperia-* *Quæ duabus vicibus anno 1577. & anno 1609. in Imperialis Cameræ Iudicio (cui immatri-*

triculatus, & tanquam Aduocatus, & causarum Sollicitator, anno 1609. inscriptus est) diligenti studio notauerit, in VOTIS & Relationib: arduarum causarum, item in Actis momentaneæ possessionis, videbit Benignus LECTOR in notatis LAUDISMANNI CAMERALIB: quæ aliquando in lucem prodibunt.

lis judicio SPIRÆ quo anno immatriculatus fuerit.

Qua ratione autem omnia Vocabula Gallica, in praxi Gallica, & in PARLAMENTIS GALLICIS, publicis illis justitiæ officinis vsitata, merita causarum, optimis Studiosis Iuris tam Gallis, quàm Germanis, obscura facientia, idem LAUDISMANNUS latine, & juridicè explicaturus sit, & juuaturus sit eos Germanos Studiosos, qui PARLAMENTA GALLICA frequentare desiderant, videbit benignus LECTOR in CONSILIO de Exoticis Linguis, quòd eleganti*ù*s in lucem prodibit, auctiùs in IURIDICIS, in FEUDALIBUS, in Regum, et PRINCIPUM, & Curiarum Gallicarum Scriptis, vti & in FEUDALIB.

Qua ratione latinè omnia VOCABULA in praxi Gallica vsitata sit, explicaturus. In quib9 Locis, auctiùs in lucem prodibit Consiliũ LAUDISMANNI.

Discant igitur nonnulli DROLI GALLICI, & parum polonisantes, parumq; Gallisantes

ADMONITIO, LAUDISMANNI

ad nonnullos liuidulos.

Poetæ Bavari, *indocti Scribæ* Cautii, *& in pede, et in arte claudicantes Magisterioli, honestiùs loqui de Literatioribus Silesijs, ijs præsertim, qui terrâ mariq́; jactati sunt, qui egregia illustrium, et egregia Academiarum Germanicarum & Gallicarum habent* Testimonia, *& qui egregia Consilia, & scripta edunt.*

Altera Admonitio Lavdismãni ad Liuidulos.

Discant eos politiori literaturâ superare, & vincere in doctrina, & experientia, et tunc non erunt Calumniatores & Irrisores, sed veri eorum imitatores.

Tertia Admonitio Lavdismãni ad peruersos.

Cogitent quod Devs *puniturus sit in hoc seculo, propterea, quòd* Viros *doctos, literatos, & seniores contemnent, jrrideant, & eos iniurijs afficiant.*

Nam adeo (vti alibi dicit LAVDISMANNVS) *idoneus* Seqvester Devs *est, si quis penes eum calumnias, et iniurias, veris precibus deponat, quòd eas puniturus sit, præsertim eas, quæ pijs* Senibvs, *à juniorib: fiunt.*

Testimonia, & Iudicia Silesiaca de

Nunc ad Testimonia *nonnulla* Silesiaca, & Ivdicia de LAVDISMANNI Consilio *de Exoticis Linguis integro, et per-*

fecto, in illustri STETINO *typis mandato lata, literisq; transmisis à præclaris Viris expressa, sit transitus.*

Antequam autem LAVDISMANNVS *ad Testimonia, et judicia Silesiaca, de eius Consilio de Exoticis Linguis lata perueniret, voluit prius Nobilissimi, & literatissimi* ADAMI *à* STANG, EQV: SILESIACI, *ante hac illustrissimi* DVCIS BREGENSIS, *in illustri Argentina,* AVLÆ MAGISTRI, *& in aula* BREGENSI MARESCHALLI, *judicium per literas ad* LAVDISMANNVM *exaratas, de* MONVMENTO *eius* LAVDISMANNI, *& de primarijs eiusdem Libris latum exprimere, et huic Admonitioni ad Benignum Lectorem inserere.*

Ita autem scribit literatissimus Nobilis, & Equ: Silesiacus ADAMVS *à* STANG.

Quòd in Aurimontana Ciuitate post fata tua MONVMENTVM *(cuius* INSCRIPTIO *mihi transmissa est) in memoriam tui erigi desideres, æstimo illud optimo jure fieri. Et meliorem resonantiam habebit* MONVMENTVM *tuum, quàm illud, quod* PRÆSVLI ROMANO PAVLO

IIII

LAVDISMANNO LIBRIS, & MONVMENTO.

NOBILIS ADAMI *à* STANG *judicium de* MONVMENTO LAVDISMANNI *post fata eius erigẽdo.*

De Monumento LAVDISMANNI *quid sentiat* EQU: *Silesiacꝰ Adamus à Stang.*

IIII (qui aliàs CARAFFA dictus fuit) post fata eius, Senatus populusq́; ROMANVS erigi curauit. Verba FORMALIA illius Monumenti continet EPISTOLA Nobilissimi ADAMI à STANG, in illustri PRAGA ad LAVDISMANNVM scripta, sed illa hîc omittuntur; Præterea scribit, strenuus, & Nobilissimus Eqr. SILESIACVS ADAMVS à STANG, his verbis ad LAVDISMANNVM: Quòd in perficiendis operib: tuis tam assiduus sis, & tam egregios in ijs progressus feceris, & quod LIBER, qui inscribitur HOFSTYLVS, (cuius INSCRIPTIO, & eius transmissa Capita Nobis egregium Opus promittunt) paulo post in lucem proditurus sit, libenter audiuimus, quamuis maiori desiderio teneamur III DECENNALIVM, aliorumq́; Scriptorum, quorum causa Nobis spem fecisti, illorum libenter, & quidem sine mora partifices fieremus. At facilè æstimare possum (ut literæ tuæ indicant) per aliquot impedimenta in ijs OPERIBVS hactenus impeditus fueris. Et talia OPERA non præcipitatim conficiuntur, secundum illud.

Hofstilus Laudismanni.

Tria Laudismanni Decennalia de mundana peregrinatione.

Omne

Omne quod excellens opus, et sublime futurū.
Difficiles ortus habet, incrementaq́ꝫ tarda.

Nulla autem te deterreat Difficultas, sed cōtinuato studio in ijs operibus labores, et expectes tanquam vberem fructum Laborum tuorum NOMINIS ÆTERNITATEM, quam tibi omnes, quotquot nouimus in LAVDEM PATRIAE ex animo fouemus, & exoptamus.

Exhortatio Nobilissimi ADAMI à Stang. NOMINIS ÆTERNITAS.

DE PEREGRINATIONE ANGLICA à LAVDISMANNO, consilij de EXOTICIS Linguis Authore, anno 1612. post Coronationem REGIS IMPERIALIS instituta, scribit idē EQV: Silesiacus ADAMVS à STANG, *et quidē his verbis.*

PEREGRINATIO ANGLICA LAVDISMANNI.

Ad PEREGRINATIONEM *Tuam in* ANGLIAM *institutam, precor tibi felicitatem, ut eam commodè, et feliciter perficias, & ut saluus, & incolumis, ex ea reuertaris, quamuis timeam, ne optimi tui Labores non sine dispendio rei literariæ, per peregrinationem illā Anglicam retardentur.*

NOBIS autem sine omni dubio peregrinatio ista tua profutura est, cum in Anglia multas

Quòd profutura sit Anglica LAVDISMANNI

NI peregrinatio.

Quòd sêper Magni VIRI peregrinati fuerint.

LAVDISMANN9 in Silesia Tityrus domesticus Anno 74 esse noluit.

Peregrinatio modo acquirêdi prudentiam.

Quare venerentur Seniores literatiores Viri ab illustrib:

Præclaras res notaturus sis, quibus scripta tua auctarus & illustraturus.

Et laudandum est intentum, et propositum tuū.

Omni enim tempore peregrinati sunt MAgni VIRI: humiles, & plebeiæ Animæ, domi resident, et suo affixæ sunt solo. Nobilior illa est, quæ cœlum imitatur, & Gaudet Motu.

LAVDISMANNVS si delicatulus Tityrus domesticus, & in Silesia latere voluisset, ante 40. Annos se ad Extera Regna, & prouincias, & ad aulam CÆSARIS MAXIMILIANI, *non contulisset.*

Et cum peregrinatio omnium saniorum judicio, sit modus acquirendi prudentiam, et experientiam, exhortatur LAVDISMANNVS *omnes delicatulos Tityros domesticos, ad peregrinationes in exteris Regnis, & prouincijs suscipiendas, & ad exteras Linguas addiscendas.*

Et venerantur propterea SENIORES literatiores VIRI, ab illustribus, & ad mensas eorum vocantur, ij præsertim, qui terrâ, mariq; jactati sunt, & à quib: varijs peregrinationib: & vario rerum usu collecta est prudentia, & acquisita rara Experientia.

Anno

Anno 1616, decima Octaua NOVEMBRIS *cum in illustri* BREGA, in CANCELLARIA *Augustissimi* DVCIS, *Nobili* CONSILIARIORVM *Aulicorum Collegio, à* LAVDISMANNO *7. Exemplaria* CONSILII *ipsius, de* EXOTICIS *Linguis, honorarij loco offerrētur, nomine* COLLEGII *respondit* LAVDISMANNO CONSILII AVTHORI, *præclarus* VIR, DOMINVS SCHICKFVSIVS, *J. V. D.* CONSILIARIVS *aulicus, & quidem insequentib: Verbis, quæ postea* LAVDISMANNO *in Scripto communicata sunt.*

Nobile Collegium Bregēse aulicum, quid sentiat de Laudismanni Consilio.

CLARISSIME, & CONSVLTISSIME DN. LICENTIATE, *Amice nobis omnib: dilectissime; quod* CONSILIVM *tuum, de* EXOTICIS LINGVIS, *rectè, laudabiliterq́; etiam in media* GERMANIA, *& inter Germanos addiscendis,* COLLEGIO *nostro obferre volueris: id gratiosè, ac singulari quodam beneuolentiæ adfectu, agnoscit nostrum* COLLEGIVM.

Dn. Doctoris Schikfusii verba ad Laudismannū prolata, in Cācellaria Bregēsi.

Gratulatur primò sibi: quòd consilium tale, antea nunquam in SILESIA, *nunquam in* GERMANIA, *immo nūquam in totâ* EVROPA *uisū,*

Quòd nūquam in silesia nec in Germa-

 aut

aut typis datum, viderit, & ad commodum, vtilitatemq; literariæ juuentutis luci concreditum adspexerit.

† *Deinde magis sibi gaudet* COLLEGIVM *nostrum: quòd* CONSILIVM *illud toti mundo exhibuerit, non* ANGLVS, *non* GALLVS, *non* ITALVS, *clarissimi aliàs, felicissimiq;* CONSILIORVM AVTORES *: sed, quòd antea penè inauditum,* SILESIVS: SYMPATRIOTA *noster carissimus, Augustissimorum nostrorum subditus fidelissimus.*

Agnoscit profectò COLLEGIVM *nostrum, in mundi hac senescentis fece, Opus, & munus hoc numeris plurimis absolutum: & animitùs rogat: vt in patriæ jã florentis gremio lumina alia excitentur quàm plurima: quæ* SILESIAM *nostrã aliàs ad Aquilonem, & Germaniæ Angulum positam illuminent: Illustrent: & in fulgidissimum illud claritatis, et veteris Græciæ theatrum deducant.*

Pro LIBELLI *autem oblatione* COLLEGIVM *nostrum tibi aliquod per me obfert Honorariũ: & rogat: ut eo humanissimè sis contentus.*

Spondet id ipsum solenniter: se ad quascunq; datas,

nia, nec in EVROPA *tale* CONSILIVM *editũ fuerit, quale est de Exoticis Liguis* LAVDISMANNI *Consiliũ*

† *Quare sibi gaudeat* NOBILE COLLEGIVM *Bregense Aulicum respectu* LAVDISMANNI.

Honorariũ egregiũ aureum, LAVDISMANNO *in cã-*

datas, & oblatas occasiones, tibi promtissimè, paratissimeq́; , ita gratificaturum, vt spe mea, facile contentus esse possis. *cellaria Bregensi, oblatum.*

GRATIARVM ACTIO LAVDISMANNI. *GRATIARVM Actio LAVDISMANNI.*

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, *excellentissimiq́;* VIRI, MAGNIFICENTIIS, NOBILITATIBVS, & EXCELLENTIIS *Vestris, maximas ago gratias, pro oblato hoc aureo, & egregio* HONORARIO, *illud quacunq́; occasione, loco, & tempore, sum compensaturus. Et me Sexagenarium, et Graduatum, & Silesium, & Consilij de* EXOTICIS LINGVIS AVTHOREM, *illustri, &* NOBILI *huic* COLLEGIO *officiosè commendo.*

DIXI.

NOBILISSIMVS, *& literatissimus* DOMINVS IOHANNES à NOSTITZ, CAPITANEVS *Wolauiensis, Silesiæ EQV: 26. Octob: Anno 1616. accipiens à* LAVDISMANNO *Exemplar* CONSILII *de Exoticis Linguis, scripsit ad* LAVDISMANNVM CONSILII *Authorem,* LAVDISMANNVM *magno conatu laborare in eo, vt per talia* SCRIPTA *Nomen eius perpetuitati consecretur, & ad posteros* *Nobiliss JOHANNIS à NOSTITZ judiciū.* *† Nobiliss. ABRAHAMI à SEBOTTENDORF judiciū*

ros transmittatur. Egregio autem et aureo dono, LAVDISMANNVM *affecit, bonus, benignus, et literatus atq; literatissimus* EQV: *Silesiacus.*

† NOBILISSIMVS, *&* *literatissimus* EQV: *Silesiacus,* ABRAHAMVS à SEBOTTENDORF, *accipiens à* TABELLARIO BREGENSI *et literas* LAVDISMANNI, & EXEMPLAR CONSILII LAVDISMANNI *de Exoticis Linguis, illud beneuolè, & gratiosè accepit, et egregium Aureum munus,* LAVDISMANNO BREGAM *versus misit, & insequens Carmen scripsit.*

Magnos magna decent, magnos haud parua delectant
Magnus es à meritis LAVDISMANNE tuis.
Non igitur te parua decent, at parua remitto
Pro Magnis, Magnus parua, VALE.

Nobilis, & literatus EQV. Silesiacus, THEODORICVS de BARVTH, 10. Calend. Iun. Anno 1617. hæc quæ sequuntur ad LAVDISMANNVM Consilij Authorem scripsit.

Quan-

Quanti fœtum, limati ingenij, et judicij tui matrice editum, CONSILIUM nempe tuū, æstimem, importunum multis verborum paragangis repeterem; Cum per se vino vendibili, suspensâ hæderâ non sit opus.

Vnicum hoc â me in aurem sit scriptum, et dictum, Æmulatores tuos (si qui sunt futuri) ILIADA post HOMERUM emissuros.

Et scribit ulteriùs Nobilis, et literatus EQU: Sil: quod transmissum Consilij de EXOTICIS LINGUIS Exemplar, gratum fuerit.

Est illud mihi gratum, tùm propter te Authorem, quem eo, quo debeo honore suspicio, tùm propter incomparabilem Ordinis concinnitatē, & doctrinæ perspicuam facilitatem. &c.

Aliter sentit de Consilio LAUDISMANNI literatus EQU: Silesiacus, quàm sentit Lappenheusericus POËTA BAVARUS, et illiteratus CAUTIUS scriba STETINENSIS, nihil omninò, quod lectione dignum est, scribens.

Lappenheuserare illorum proprium est: at egregia CONSILIA scribere, ab eis est prorsus alienum.

NOBI-

Nobilis & præclari Viri Geisleri comitis palatini judicium et relatio

Nobilis, & præclarus Vir, Andreas Geislervs, Comes Palatinvs, Magnanimi Dvcis Lignicensis, Domini Georgii Rvdolphi, Principis benigni, atq; benignissimi, Dynastae ex Regio Polonico sanguine descendentis, Cancellarivs, accepto particulariter unico Consilii LAVDISMANNI *de Exoticis Linguis Exemplari, ad* LAVDISMANNVM *Consilij Authorem scripsit.*

Quod tale LAVDISMANNI *donum sibi fuerit gratum, atq; gratissimum. Video enim (scribit præclarus, & doctus Vir) ex tuis laborib: et per te, quã plurimos fieri immortales.*

Cicero quid optarit.

Cicero aliquando optabat, res suas commendari monimentis L. Lucceij: ita namq; scribit, libr: 5. Epistolarum 12. ad fam.

Ardeo incredibili cupiditate, neq; ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut nostrum scriptis celebretur tuis, quod etsi mihi sæpe ostendis, te esse facturum, tamen ignoscas velim festinationi meæ: Genus enim scriptorum tuorum, etsi erat semper à me expectatum, tamen vicit opinionem meam, meq; ita cepit, vel incendit, vt cuperem,

rem, quàm celerrimè res nostras monimentis commendari tuis.

Non enim me solum commemoratio posteritatis ad spē quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, vt vel auctoritate testimonij tui, vel judicio benevolentiæ, vel suavitate ingenij tui Viui perfruamur. Ita felices, & nimium felices prædico illos, qui memoriam nunquā, intermoriturā, ex scriptis tuis consequntur.

Vivant igitur, vigeant, & grata mente vulvātur libri tui, quâ publicè, quâ priuatim vtiles.

DOCTVS, PIVS, & præclarus VIR, DOMINVS CHRISTOPHORVS RÖSSLER, Medicinæ DOCTOR, Augustissimi DVCIS BREGENSIS, ARCHIATER, præmissis præmittendis ad LAVDISMANNVM Consilij de Exoticis Linguis Authorem, in illustri BREGA 25. Decemb: Anno 1616. hæc quæ sequuntur, scripsit. *Præclari VIRI DN. RÖSSLERI Medici judiciū.*

Vt vero conspectus iste, & alloquium mihi fuit jucundissimum: ita longè suauius mihi est, beneuolentiæ tuæ radijs me tàm luculenter illustrari, vt me lectione tuorum operum dignum censeas, & CONSILIVM de discendis Linguis

Exoticis, *nuper in lucem editum, mecum communices, in quo tot res scitu dignissimæ, & hactenus obstrusissimæ, tanta Verborum grauitas, & sententiarum Elegantia continetur, vt omnib: quæ cunque antehac scripta sunt, aut in posterum scribentur, id vnicè anteeat. Neq; tam Minerua ex cerebro* Jovis *videtur nata, quàm illud ex tui ingenij ergasterio politissimo: idq; ego tanquam palladium, aut sacrum depositum asseruabo.*

Antonius Caracalla. Antonius Caracalla, *vel Seuerus pater, in singulos versus singulos aureos* Oppiano *jussit numerare.* Virgilius *XXI. versib: vltra quinque millia aureorum meruit. Operi tuo longè maius debetur pretium.*

Alexander Magnus. Alexander Magnus, *Homeri Carmina tantopere amauit, vt cum in* Dariana *præda scrinium Gemmis, & auro ornatissimum, inuentum esset, alijque aliò destinarent, ille* Homeri *versus in eo custodiri voluerit. Sed vt scriptum tuum poëmate illo longè venustius, & fructuosius est: ita conditorio præstantiori longè dignius. Et hactenus* Dn. *Doctor Rösslerus.*

Pe-

Pelargvs Theologiæ Doctor, *Electoralis* Brandenbvrgici *Superintendens Generalis, Schuuitnicensis Silesius, Vir singulari eruditione præditus, Anno 1616, in illustri* Francofvrdo Academiæ *Magnificus Rector existens, in eodem anno LAVDISMANNO Honorarium aliquot Talerorum nomine Academiæ offerens, CONSILIVM de Exoticis Linguis LAVDISMANNI, propter varias in eo contentas Doctrinas, & propter egregia de* Personis, & Rebvs *illustrium in eo contenta* Notabilia *magnifecit, et tanquam raritatem, instructissimæ suæ Bibliothecæ inseruit, in recordationem, & memoriam Authoris. Et rogauit* LAVDISMANNVS, *vt incitaretur Gallus, Gallicæ Linguæ in illustri Francofurto in Gallica Lingua existens Informator, ad simile in Gallica Lingua conscribendum Consilium. At* LAVDISMANNVS *Germanus, & Graduatus, de hac re certus est, eum &* Garnerivm *tale Consiliũ tot doctrinis instructum, et tot, & egregijs Exemplis illustratum, et tot & tam egregijs Notabilib:*

Dn. Pelargvs. Theologus.

bilib:

bilib: de personis & rebus illustrium insignitũ, & tot, & diuersis idiomatib: exteris exornatũ, in lucem emissurum non esse.

Phrasiolas dictare nonnullas sciunt, at secretiora Linguæ Gallicæ tangere nesciunt.

Dn. Christophorus Quartus Theologus.

Ad Testimonium deniq; peruenitur doctissimi Viri, Domini M. Christo: Quarti Vratislaviensis, Augustanæ Glogouiensium Ecclesiæ Pastoris, qui Anno 1616. in egregia Glogouiẽsi Ciuitate Silesiaca, ad LAUDISMANNUM Consilij de Exoticis Linguis Authorem, sequentib: verbis scripsit.

Consilium Tuum Nobilissime et consultissime Vir. accepi. Mineruam illam, qua in te exquisitissimam haud obscurè animaduerto, demiror. Deum autem omnium bonorum Largitorem, votis ardentib: precor, vt te in posterũm quoq; orbi Christiano, & Reipub: literariæ, aduersus omnia animi, et corporis incommoda sartum tectum potenter conseruet.

Quare Laudismanno illustriũ Virorũ

Tot illustrium Virorum judicia de Consilio de Exoticis Linguis sincero corde lata, voluit LAUDISMANNUS Consilii de Exoticis

cis Linguis Author, in lucem emittere, cum pro ijs militet præsumptio Iuris, et cum prudentiâ, & experientiâ corroborata sint, ad infirmanda, & annulanda omnium Lappenheuserorum, ieiunorum & indoctorum, et irrisorum, et scopticorum judicia, nulla prudentia, nullaq; experiētia corroborata, sed leuia, inania, puerilia, & nulla. Et scribat, scribat Lappenheusericus, & miser Aliquis Gallicæ Linguæ BRODFESSOR, contra rarum illud, atq; rarissimum de Exoticis Linguis LAVDISMANNI CONSILIVM, cum egregiè LAVDISMANNVS J. C. et ex prima Admonitione ad benignum Lectorem, in illustri Stetino typis mandata, & Consilio suo integro et perfecto annexa, et ex vlteriori Admonitione, si ex hac quæ in Illustri BREGA impressa est, satis superq; Testimonio illustrium non refutetur, refutabitur.

judicia de ipsius Consilio lata specificare voluerit.

Ad TESTIMONIA *illustrium de* ELOQVIO GALLICO LAVDISMANNI *nunc fit transitus.*

TESTIMONIA Illustriū de ELOQVIO GALLICO LAVDISMĀNI.

ILLVSTRIS, & *potens* DVX LOTHARINGICVS, DOMINVS CAROLVS, *anno* 1595. *cum coram eo in publica audientia in Curia*

Dvx Lotharingic9. *Nanceana Lotharingica, Gallico Idiomate Tredecemuirorum et Quindecemuirorũ Argentinensium,* DOMINI KIPSII, *Domini* MOLSHEMII *causam, contra Dominum de Heilgemair Gallico idiomate proponẽte, et deducente* LAVDISMANNO *Argentinensiũ comissario, dixit Dux Lotharingicus ad Generosũ* DOMINVM *de* SALM *Mareschalũ Lotharingicum, et Gubernatorem, de* LAVDISMANNO, *Il parle bien, il dict bien, et en beaux termes.*

Ille bene loquitur, & ea quæ dicit optimis floribus exprimit.

Et obtinuit LAVDISMANNVS *contra* DOMINVM *de Heilgemair prouincialem* LOTHARINGICVM, *optimum, & executiuũ* DECRETVM.

Cardinalis Lotharingic9. ELOQVIVM *Gallicum* LAVDISMANNI *approbauit Serenissimus, et Reuerendissimus* CARDINALIS LOTHARINGICVS, MAGNI DVCIS LOTHARINGICI *Filius, Episcopus Metensis et Argentinensis, in Austriaci Regiminis* ENSESHEIMENSIS, CIVITATIS PRISACENSIS, CONSVLVM TREDECEMVIRORVM & QVINDECEMVIRORVM ARGENTINEN-

TINEN-

TINENSIVM, CANONICORVM ARGENTINENSIVM, & VASALLORVM BRANDENBVRGICORVM, *Grauissimis* COMMISSIONVM FEVDALIBVS, & HÆREDITARIIS CAVSIS, *coram Reuerendissima eius* CELSIT: *in publicis, & priuatis causis, à* LAVDISMANNO *latino, & Gallico idiomate, propositis, & deductis.*

Testabuntur hoc illustres VIRI *in illustri Nanæo Lotharingico, et Curia degentes.*

DOMINVS AVBERTINVS *Cancellarius.*

DOMINVS de MAILLANNE *magni nominis* VIR.

DOMINVS POYNET *Rationum Lotharingicarũ* PRÆSES.

Et DOMINVS MANGYN *Secretarius.*

Cancellarij, & Consiliarii Lotharingici.

Anno 1603. in illustri NANCÆO, *in Curia* MAGNI DVCIS LOTHARINGICI, LAVDISMANNVS ARGENTINENSIVM COMMISSARIVS, in HENRICO IIII NAVARENO REGE GALLIÆ, *eloquium Gallicum jam submissum, jam eleuatũ, & optimis florib: Gallicis exornatum animaduertit, Et audiuit idem* LAVDISMANNVS *cæteris Germanis* COMMISSARIIS *in Curia* NANCEANA *astans, quibus verbis Gallicis Magnus* DVX *Lotharingicus Regem excepe-*

Quale Eloquiũ Gallicũ fecerit Henricus IIII Nauarenus REX *Galliæ*

Quale Eloquium Gallicum, Laudismannus animaduertit in Catharina Nauarena Regis Galliæ Sorore.

Quale, Eloquiũ Gallicũ animaduertit

ceperit, et quid REX responderit, Et appellauit Gratiosissimus REX, MAGNVM, et potentem DVCEM Lotharingicum, DOMINVM CAROLVM, Fratrem suum.

Anno 1599. in Curia Lotharingica, in colloquio in causa Religionis, inter CVETVM Ministrum Parisiensem, & CAMELOTVM JESVITAM PONTEMOSSANVM, in Eloquium Gallicum tersum et elegans, non abruptum, sed tardiusculum CATHARINÆ NAVARENÆ, HENRICI QVARTI NAVARENI SORORIS unicæ, HENRICI Hodierni Ducis Lotharingici VXORIS, & thori sociæ suauissimæ, prolata, intentas Aures habuit LAVDISMANNVS. Quibus verbis autem Gallicis REGINA illa Nauarena Magnum DVCEM LOTHARINGICVM, DOMINVM CAROLVM allocuta fuerit, refert LAVDISMANNVS in Consilio suo de Exoticis Linguis.

ELOQVIVM autem GALLICVM tardiusculum animaduertit LAVDISMANNVS, in DVCE LOTHARINGICO, in CARDINALI LOTHARINGICO, in DOMINO suo, DOMINO FRIDERICO, DVCE WIRTEMBERGICO, DVCE BIPONTINO, DOMINO

DOMINO JOHANNE, & MAGNO HASSIÆ PRINCIPE, DOMINO MAURITIO.

† Et illud tardiusculum Eloquium Gallicum optimis floribus Gallicis exornatum, imitatus est LAUDISMANNUS, & adhibuit illud Coram illustribus DUCIBUS LOTHARINGICIS, in deductione grauissimarum causarum: & adhibuit illud coram nonnullis Ducib: Galliæ, DUCE de JOYEUSE, DUCE de GUYSE, & DUCE D'Espernon, in Ciuitate PARISIENSI.

Quid Anno 1589. Illustrissimus DUX PALATINUS Electoralis palatinatus ADMINISTRATOR, de ELOQUIO LAUDISMANNI Gallico senserit, & aliquando dixerit, sciunt nonnulli adhuc Viui, in illustri HEIDELBERGA degentes.

Et contulit in mensa optimus DUX cum LAUDISMANNO Consiliario, et commissario Montisbelgardico, Gallico idiomate, de Statu GALLIAE.

Et tunc à LAUDISMANNO hæc fuerunt prolata verba Gallica.

La FRANCE, est pour le present en decadence,

LAUDISMANNUS in quibusdã Magnatib

† Quale Eloquiũ Gallicũ imitatus fuerit LAUDISMANNUS

Gallia in quo STATU

fuerit tempore LAVDISMANNI.

dence, & en la derniere periodo.

In præcipiti casu, & in vltima periodo GALLIA *constituta est hoc tempore.*

Et allegata fuit causa maxima, nimirum Dissensio STATVVM *Regni Gallici.*

Aliàs, Grandes choses deschéent, se perdent par discord. Dilabuntur discordiâ res maximæ.

Qui Duces Regni Gallici Laudismãni Eloquium approbauerint.

Approbauit LAVDISMANNI ELOQVIVM *Gallicum, Dux D'espernon, & Dux de Joyeuse, cum quibus nonnulla* PARISIIS *idem* LAVDISMANNVS, *nomine Ducis Wirtembergici, contulit.*

†DOROTHEVS, *Episcopus Nicopolitensis, quid de* LAVDISMANNO *scripserit.*

† *Quid antehac Reuerendissimus* DOROTHEVS, EPISCOPVS NICOPOLITENSIS SVFFRAGANEVS BISONTINVS *(qui* LAVDISMANNVM *in Galliam proficiscentem, Magnis* VIRIS, *Parisijs, et* AVRELIIS *degentibus, de meliori nota commendauit) de studio Linguæ Gallicæ, & de* ELOQVIO *Gallico eiusdem, ad nobilem* BAVHINVM, *Medicum Montisbelgardicum aulicum* LAVDISMANNI *dilectum Affinem, scripserit, testabuntur eius literæ, ad Dominum*

Bau-

BAVHINVM medicum scriptæ.

Semper sæpedictus LAVDISMANNVS vsitatam locutionem Gallicam doctissimorum Gallorum, & PARISIIS, & AVRELIIS, & BITVRIGIBVS Galliæ, in conuersatione obseruauit, & CVRTISANOS aulicos, qui Linguam Gallicam, in vero, & quotidiano usu corrumpunt, & pro quelque chose, dicunt quelque chuse, nec in lingua Gallica filias Gallicas Parisienses, in idiomate Gallico pindarisantes, & in eo subtilitates inusitatas affectantes, pro pere, quod patrem significat, peze, & pro mere, quod matrem significat, meze dicentes, nunquam est imitatus.

Multi volunt subtilisare, id est, inusitatas subtilitates, in eleganti, & puro, & vsitato idiomate Gallico quærere, at non subtilisant in eo, sed ineptiunt.

Ad DESIDIOSVM deniq; & scopticum, & superbum, & indoctum, & nibil expertum CAVTIVM, SCRIBAM STETINENSEM, descendit LAVDISMANNVS, LAVDISMANNI LABORES

Vsitatā locutionem Gallicā LAVDISMANNus secutus.

Nōnulli pro quelque Chuse dicunt quelque Chose & quidē minùs rectè.

Multi in lingua Gallica subtilisantes.

CAVTIus desidiosus SCRIBA LABORES LAVDISMANNI in re litaria extenuans:

in compositione CONSILII *de Exoticis Linguis, adhibitos, contemnentem, dicentem, superuacaneum esse, vt quis hoc seculo aliquid scribat: & Nihil Scribi posse, nec scribi, quod antea scriptum non fuerit.*

Quid CAVTIO *&* CVTIO *ignorantiæ eius Fratri,* LAVDIS MĀNVS *respōderit.*

Et respondet CAVTIO, *&* CVTIO *ignorantiæ eius fratri desidioso, Verum quidem esse, quòd hoc seculo, quod est seculum scientiæ, nihil scribatur, quod antea scriptum non sit.*

Scribunt autem in eodem Doctrinæ Genere multi multa, at diuersa, & minùs docta.

Nonnulli LAPPENHEVSERI, *&* MAGISTERIOLI, *scribunt multa, at minùs pretiosa, saltem vulgaria, & non rara.*

In omnibus FACVLTATIB: *scribunt nonnulli, at minùs doctè, & satis nudè. At ij præferuntur, & laudem immortalem acquirunt, qui non nudè scribunt, sed qui egregia* SCRIPTA, *Egregijs* DOCTRINIS, *et* EXEMPLIS *selectis & egregijs plena, edunt, & quæ in propria eorum* EXPERIENTIA, *& propria, & diligenti, eorum* NOTATIONE *consistunt, & quæ Illustres* VIRI *approbant, et lau-*

laudant , & rara esse dicunt , qualia sunt LAVDISMANNI,*de Exoticis Linguis, & de mundana peregrinatione Consilia, quæ in propria experientia , & propria, & diligenti Notatione consistunt, & omnium saniorum judicio, cæteris præferuntur.*

Et uti præferuntur ijs SILESIIS, HIEROSOLYMITANIS, *&* TVRCICIS PEREGRINATORIBVS, *ij* TVRCICI, *&* HIEROSOLYMITANI PEREGRINATORES SILESIACI EQV: *Strenui, qui vsque ad* MONTEM SINAI *peruenerunt, & in difficili itinere difficiliora passi sunt, & cum periculo vitæ superarunt: sic præferuntur cæteris* ORBIS CHRISTIANI PERLVSTRATORIBVS: *qui 40. Annorum habent experientiam, qui in* ROMANO *Imperio, & in diuersis* REGNIS, & PROVINCIIS, extra MAGNAM SILESIAM, *magnis sumptib:* PEREGRINATIONES *susceperunt, qui terrâ, mariq; jactati sunt, qui spacio 40. Annorum, diligenti studio,* RES EXTERAS *in diuersis Regnis, & prouincijs, in Aulis Cæsareis, Regijs, & in Electo-*

rum, & principum Curijs, in monasterijs, in templis, in Ciuitatum Curijs, notauerunt, & TRIA DECENNALIA *mundanæ peregrinationis, &* CONSILIA *de* EXOTICIS LINGVIS, *& de* SPIRITVALI, *&* MVNDANA PEREGRINATIONE, *in lucem emittunt, et coram toto mundo notam faciunt, suam 40. Annorum Experientiam, & nomina sua per egregia scripta exteris idiomatib: exornata, (vti faciunt Literatiores* SILESII) *Germanis* ROMANI *Imperij Ciuibus,* GALLIS, ITALIS, HISPANIS, ANGLIS, BOHEMIS, *&* POLONIS, *innotescere faciunt.*

Nonnulli qui pauca viderunt, commendari volunt, & sæpenumero eorum RECITATIONES, *de* REBVS VISIS, *non adeò ingratæ sunt: at illi qui plura viderunt, ijs omnium sanorum judicio præferendi sunt, respectu 40. Annorum* EXPERIENTIÆ.

Et non omnibus contingit 40. annorum Vita, & 40. Annorum EXPERIENTIA, *& 40 Annorum, de* REBVS EXTERIS NOTATIO.

Et meritò pro RARO VIRO *habendus, qui*

40.

40. *Annorum habet* EXTERARVM RERVM SCIENTIAM & EXPERIENTIAM.

Sunt nonnulli TITYRI DOMESTICI, *nihil exteris in prouincijs experti, seniores literatiores* VIROS, *terrâ mariq; jactatos, minùs honorantes; at honore digni sunt, qui Reipub: literariæ, mirum in modum fructificant. Aliàs dicitur:*

Quòd illa arbor, cuius vmbra benignè fruimur, honore afficienda sit.

Et qui SENECTVTEM *non honorat,* SENECTVTEM *non attingit, & Devs illi dies vitæ, tanquam justus læsæ Senectutis* VINDEX, *abbreuiat.*

Honorandi autem sunt SENES VIRI RARI, *& qui non vulgaria, sed rara scribunt, & in lucem emittunt, & qui ab Jllustribus* VIRIS *pro raris habentur.*

Quòd autem salutaria, & rara CONSILIA *de* EXOTICIS LINGVIS, *& de mundana peregrinatione,* LAVDISMANNVS *Silesius scribat, testantur hoc illustrium* VIRORVM *scripta, &* TESTIMONIA, *pro quibus militat*

litat præsumptio IVRIS, *quod solida sint, & firma. Et si* LAVDISMANNI CONSILIA *rara non essent, ea pro raris non haberent illustres* VIRI, *in* GERMANIA, *in* POLONIA, *in Regno Sueciæ, & in Regno* DANIAE.

Quis unquam fuit in Germania, & Gallia, qui in eodem doctrinæ Genere, tale CONSILIVM *de* EXOTICIS *Linguis edidit, quale* LAVDISMANNVS *Sil. in Illustri* STETINO *typis mandari curauit, tot Doctrinis instructum, tot Exemplis declaratum, & tot* NOTABILIBVS *de* PERSONIS, & REBVS *Illustrium, insignitum.*

Et quis unquam fuit Gallorum, qui in tot, & diuersis Scientijs, & Facultatib: in THEOLOGICIS, in OECONOMICIS, in POLITICIS, in IVRIDICIS, in MILITARIBVS, in MATRIMONALIB: in PERSONALIB: in IOCOSIS, & SERIIS, HISTORICIS NARRATIONIB: *et in tot florib: Eloquentiæ Gallicæ,* LINGVAM GALLICAM, *cæteris Linguis Italicam, & Hispanica difficiliorem; ad usum transtulit & qui-*

& quidem in multorum commodum, vti ad vsum transtulit eam LAVDISMANNVS: Et quis vnquam de COGNATIONE LINGVARVM, de ÆTATIBVS LINGVARVM, & de GENERIB. dicendi scripsit, vti scripsit LAVDISMANNVS, in suo CONSILIO de Exoticis Linguis?

Nullus neq; CAVTIVS, neq; CVTIVS ignorantiæ ipsius frater, neq; GARNERIVS paruus ille DROLVS GALLICVS, neq; BAVARVS parum Gallisans POËTA, neq; MAGISTERIOLVS, in pede, & in arte imaginatiua claudicans, & miseros Studiosos, in ea decipiens, neq; miser aliquis Linguæ Gallicæ BRODFESSOR, neq; MOMPILIRICVS ille, in MOMPILIRICO minùs eleganti idiomate Gallico superbiens.

Et de hac re certus est LAVDISMANNVS, CONSILII de Exoticis Linguis SCRIPTOR.

Quia scit in illis deficere doctrinam, deficere Experientiam, deficere Exempla & eorum debitam applicationem, deficere item in ijs de PERSONIS, & REBVS illustrium NOTABILIA, quæ ad Exornandum tale CONSILIVM requiruntur, et quòd nesciant Linguam Gallicam, in tot & di-

uersis materijs, & scientijs, ad vsum transferre.

Contemnunt quidem LAVDISMANNI LABORES, & CONSILIA, *Scoptici nonnulli, &* LAPPENHEVSERI, CAVTII, CVTII, SCRIBÆ *indocti, & BAVARI, parum Gallisantes Poëtæ, & miseri nonnulli Gallicæ Linguæ BRODFESSORES, Linguæ Gallicæ Secretiora ignorantes, scribunt contra ea Scoptica CARMINA, & tentant adhuc contra eum scribere: at non curat LAVDISMANNVS eorum SCRIPTA, nec digna censet Responsione, sed ea Pilato offert, quando ei offeruntur.*

Et illa ei penes Literatos, pios, sinceros, & ingenuos VIROS, in Germania, in Gallia, in Italia, & in ANGLIA, quibus nomen LAVDISMANNI politiori literaturâ innotuit, nullum omninò præiudicium pariunt, cum Illustrium TESTIMONIA, de LAVDISMANNO, & quidem egregia, et de eius persona, et de eius Consilio de Exoticis Linguis, subsint, et illustrium Virorum judicia authenticis scriptis expressa sint.

Et non facilè hoc tempore reperitur VIR literatus,

ratus, qui tot PRINCIPUM, *et tot illustrium Academiarum Germanicarum, et Gallicarũ* TESTIMONIA, *ratione doctrinæ, & respectu vitæ honestè actæ, impertita habet, uti habet* LAUDISMANNUS CONSILII *de Exoticis Linguis Author, orbis Christiani perlustrator.*

Idem LAUDISMANNUS ADMONITIONEM ad BENIGNUM LECTOREM, concludit ITALICO DICTO: E MEGLIO À DIO, CHE À GLI HUOMINI AGGRADIRE.

Id est.

MELIUS EST DEO, QUAM HOMINIB, PLACERE.

Item

Concludit LAUDISMANNUS *eum* CARMINE, *quod extat in Explicatione eius* SYMBOLI, *quod ita sonat.*

DA LAUDES CAPIAM À LAUDATIS OPTIME JESU.
DA CAPIAM DIGNAS QUAESO LABORE MEO.

SE-

SEQVITVR

GAVDIVM LAVDISMANNI, SEXAGENARII, diuerso respectu in senili sua ætate, in illustri BREGA Scripto expressum, & declaratum, in quo totus ferè VITAE ipsius CVRSVS deducitur.

ERRATA TYPOGRAPHICA, si quæ Orationi, & Admonitioni irrepserunt, benignus LECTOR, corrigere velit.